ETYMA

NOMINUM PROPRIORUM,

ITEMQUE

ANALYSIS

Hebræorum, Syriacorum, & Latinorum vocabulorum, quæ in novo Testamento uſpiam occurrunt.

Authore

GEORGIO PASORE.

LONDINI,
Typis *E. G.* ſumptibus *Tho. Whitakeri.*
1649.

(2)

BODLEIAN
14·6·1913
LIBRARY

Lectori Benevolo

S. P. D.

GEORGIUS PASOR.

HACTENUS vocabula novi Teſtamenti appellativa, ut vocant, explicavi: Sequitur nunc (ne quid in hoc novi Teſtamenti Lexico tirones deſiderare poſſint) *Analyſis nominum propriorum Grammatica*, quorum ἔτυμα ſtudiosè inveſtigavi. Si tamen tibi uſquequaque non arriſerint, ſcias, pleraq; etiam diſplicuiſſe mihi ipſi, meque mihi ipſi perſæpe hîc non ſatis feciſſe. Per me licebit, ut meliora eruantur. Fateor, me non ſemper rem, ut eſt in proverbio, acu tetigiſſe. Neq; hîc tam periculosè errari puto, ubi nulla incidit de fidei articulo quæſtio. Alias notationes attuli exquiſitas, ubi aut Scripturam ſequi magiſtram, aut eâ tacente, certâ niti potui ratione. Alias dedi probabiles & veriſimiles: rariùs puras putas alluſiones exhibui, & conjecturas, ubi ſanè ſuo quisque abundare poteſt ſenſu. Nec neſcio, unum tantùm cujuſque nominis proprii eſſe ἔτυμον. Nam, ut Theologus verè ſcripſit, τὸ ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυσχιδές. Eccur

verò, fortassis inquies in quibusdam nominibus plures unâ scrutatus es originationes? An more Andabatarum in tenebris palpitas, tentans, utrùm metam, quò cogitas, ferire liceat? Næ ulcus hîc tangis! Quis enim nostrûm, nominum Ægyptiorum, Æthiopicorum, Persicorum, &c. quorum linguæ nobis sunt incognitæ, veram edet etymologiam? Præstat ergo de hisce ἀμαθέστερον καὶ σοφίστερον parciùsque philosophari: nec miraberis, me meam quandoque professum esse ignorantiam. Satis hîc mihi videbor feciſse, si tironibus, propter quos hæc edidi, aliquid attulero emolumenti, ut hinc saltem aliquantulam Hebraicarum & Græcarum vocum copiam sibi comparent. Dandum est aliquid laudabili adolescentum quorundam curiositati, qui pædagogos obtundere, omniumque vocum derivatarum & compositarum ἔτυμα scrupulosiùs indagare solent. Haud inficior, jam pridem nomina illa utcunque fuisse versa, sed obiter, καὶ κατ' ἀφοσίωσιν, hoc est, perfunctoriè. Ego verò in hisce nominibus Grammaticè resolvendis immoror, nec ullas Grammaticorum minutias, ut videbis, intactas relinquo. Sed antequàm manum de tabulâ, non possum præterire, quin de *nominis impositione* πρὸς οἰκοδομὴν, paucula hîc subjiciam. Nominis impositio non est humanum inventum, ut aliquis opinari posset, sed ipse Deus primus fuit ὀνοματοθέτης. Et inter Gentes (quas Apostolus ἄθεους vocat Ephes. 2. versu 12.) moris fuisse, ut infantulis recèns natis nomina inderentur

derentur à matribus puerperis, teſtatur Homerus ὀδυσ. XVIII. verſ. 5. τὸ γάρ ῥά τοι πότνια μήτηρ, *hoc enim* nomen *impoſuit veneranda mater*, idque more Evæ, Leæ, Rachelis, &c. ὀδυσ. Δ. verſ. 550.

Οὐ μὲν γάρ τις πάμπαν ἀνώνυμός ἐς' ἀνθρώπων,
Οὐ κακὸς, οὔδ' ἀγαθὸς, ἐπεὶ κε τέκωσι τοκῆες.

Hoc eſt,

Non enim quiſquam omnino abſque nomine eſt hominum,
Neque ignavus, neq; eximius, poſtquam primò nati fuerint,
Sed omnibus imponuntur, ſimulatq; genuerint parentes.

Ratio ipſa deinde morem hunc ubivis terrarum ſtabilivit & comprobavit. Quomodo enim alter ab altero diſtingueretur, niſi id fieret certo nomine? Dicitur enim *nomen*, q. *notimen*, à verbo *noſco*, quòd nominibus dignoſcamur. Adoleſcentes verò, imò ſinguli Chriſtiani, quoties audiunt nomē ſibi in ſacro baptiſmatis fonte inditum, de tribus cogitare debent, nempe de principio, medio, & fine ſuo. Primò ad animum ſibi revocent, ſe DEI eſſe πλάσμα, imitantes exemplum Davidis, Pſal. 119. verſ. 37. ita loquentis, *Manus tuæ fecerunt me, & aptaverunt* (ἔπλασαν) *me*: Et Eccleſiæ, Eſa. 64. verſu 8. ita orantis, *Nunc igitur* DOMINE *pater noſter es, nos lutum, opuſque manus tuæ omnes nos.* Idem Deus prophetæ in memoriam revocavit Jerem. 42. verſu. 7. ubi ait, *Formavi*

mavi te ex utero. Et David ſuam in DEUM fiduciam profitetur. Pſal. 71. verſu 6. ubi dicit *Te nitor ab utero, ex viſceribus matris meæ tu Evulſor meus.* Alia illuſtriſſima Scripturæ teſtimonia de hâc cujuslibet in utero materno formatione, vivificatione & in hanc lucem editione legantur, Pſal. 139. verſu 15. Job. 10. verſ. 10, 11. Pſal. 33. v. 15. & 94. 9. Exod. 10. verſ. 4. Fabri, qui ædificia ſtruxerunt, ea aut ab hero, aut à materiâ, aut à loco, aut à fine, aut ab aliâ re quâcunque denominant. Sic DEUS primum hominem nominavit *Adamum*, à materiâ; quo exemplo tacitè parentes, quos ſuo loco nobis præfecit, quoſque idcirco nomine ſuo honoravit, Matth. 23. v. 9. monere voluit, ut infantibus, quos Cyprianus *recens digitorum Dei opus* vocat, nomina indant σημαντικὰ, apta ad memoriam beneficiorum divinitus in nos collatorum refricandum. Deinde nomen, quod ſacro baptiſmatis flumine loti accepimus, cuilibet ſit veluti *breve Evangelium*, hoc eſt, in mentem ſingulis (quoties eo aures perſonant) revocet beneficia Dei in fœdere gratiæ nobis promiſſa, in nos re ipsâ collata, & per baptiſmum obſignata, quæ ſunt *gratuita peccatorum remiſſio* propter ſanguinem JESU-CHRISTI Domini noſtri, in arâ crucis pro nobis profuſum, & *regeneratio* per Spiritum ſanctum, ſeu inſcriptio legis in corda noſtra, Jerem. 31. 34. Heb. 8. 9, 10. Ad extremum *nomen* nobis in ſacro baptiſmate impoſitum, nos non tantùm commonefaciat de

Dei

Dei erga nos *beneficiis*, ſed etiam de FINE noſtro, hoc eſt, de noſtris erga eum *officiis*, videl. de *fide* & *obedientiâ* erga mandata ipſius. Sicut David congreſſurus cum Goliatho 1 Sam. 17. v. 36, 45. ſe collegit, quòd ſciret ſibi rem eſſe cum gigante incircumciſo & non federato: ita quoque in omnibus tentationum procellis, recordatio federis gratuiti & baptiſmi nos animet, nobiſque calcar addat ad fortiter confligendum cum hoſtibus noſtris, nempe cum Satana, mundo & carne. Loti ſumus ſanguine & ſpiritu CHRISTI. Ergo, more porcorum Epicureorum, ne redeamus ad volutabrum ſterquilinii, 2 Petr. 2. verſ. 20. CHRISTUS pro nobis in cruce mortuus eſt. Ergo in ejus honorem veterem hominem crucifigamus & mortificemus. Reipſa teſtemur, nomina noſtra eſſe ſcripta in cœlis, Luc. 10. v. 20. Credamus in DEUM PATREM FILIUM & SPIRITUM SANCTUM, in cujus unius veri DEI nomen, hoc eſt, cultum baptizati ſumus. Nam Matth. 28. *Quicunque non crediderit, condemnabitur.* Ne militemus in Satanæ caſtris, uti faciunt ſedifragi apoſtatæ, nempe magi, idololatræ, blaſphemi, perjuri, immorigeri, homicidæ, graſſatores, ſcortatores, fures, mendaces, ſed JESU CHRISTO, Regi & Capiti noſtro, fide & obedientiâ adhæreſcamus, eique nos totos conſecremus. Quæ ut præſtare valeamus, orandus eſt DEUS, ut nobis largiatur Spiritum ſuum, verum magiſtrum & doctorem, quo docente verè

pro-

proficimus, non tantùm in cognitione veri, sed etiam, quod præcipuum est, in actione boni. Nam scientia sine conscientiâ est mera vanitas. Scientia, inquam, in animo malitiosi est sicut gladius in manu furiosi; quo tam sibi, quàm aliis nocet. Et servus, ut docet SERVATOR Luc. 12. v. 48. qui novit voluntatem DOMINI, ex eâque vitam suam non instituit, multis plagis cædetur, gravius que vapulabit. Nec Servator & Rex noster JESUS CHRISTUS in die illo censorio, novissimo nempe judicio, de quo nos semper cogitare fas est, ex nobis quæret, quantum sciverimus, sed quantum fecerimus, Matth. 25. *Vale.*

ETYMA

ETYMA
NOMINUM PROPRIORUM
Novi Testamenti.

Ἀαρὼν Aaron nomen proprium ἄκλιτον, h.e. indeclinabile, origine Hæbræum אַהֲרוֹן *Aharon*, q. d. *montanus*. ab Hebraeâ radice הָרַר vel הֵרָר *mons*. Nun in fine, & Aleph in principio, ſunt heemantica. Heb.5.4. *Gen.* (τῦ) Ἀαρών. Luc. 1.5. *Dat.* τῷ Ἀαρών. Act.7. 40.&c.

Ἀβαδδών nomen *cacodæmonis*, vel ut alii interpretantur *Antichriſti* congruentiſſimum, *Abaddón*. Hebr. אֲבַדּוֹן Abhaddón *perditio, vaſtatio*. In linguâ Hebraeâ eſt ſubſtantivum, & vertitur Apoc.9.11. Ἀπολλύων, hoc eſt, *vaſtans, perdens*. Subintelligitur רוּחַ q.d. *ſpiritus vaſtationis*, hoc eſt, vaſtator. Eâdem ratione Latini hominem peſtilentiſſimum vocant peſtem, ſceleratiſſimum ſcelus, idque κατ' ἐμφασιν.

Ἀββᾶ. אַבָּא. Rom. 8. v. 15. eſt nomen origine Syriacum appellativum, idem valet, quod πατήρ. אַבָּא verò eſt ab Hebræo אָב *abh* pater, radix eſt אָבַהּ abháh *voluit*, à propensâ voluntate in liberos & domeſticos, q. d. *benevolus*. Hinc eſt *Abbas, atis*.

Ἄβελ nomen proprium viri indeclinabile, origine Hebræum הֶבֶל vel cum accentu diſtinguente הֶבֶל hábhel *vanitas*, à radice הָבַל vanus fuit. *Nominat.* legitur Heb.11.4. *Genit.* Ἄβελ τῦ δικαίυ Abelis juſti, Matth.23. 35. *Accuſ.* τὸν Ἄβελ, Heb.12. v. 24.

Ἀβιὰ nomen proprium viri Luc. 1.5. אֲבִיָּה *Abhijah*, 2 Chron.13.1. h. e. *pater meus eſt Dominus*. compoſita ex אֲבִי. ubi jod in fine eſt affixum 1 perſ. g. m. vox ſeparata אָב, de quâ vide paulò ante ἀββᾶ, & יָהּ quod eſt nomen Dei proprium.

Ἀβιούδ אֲבִיהוּד Abhihud *pater decoris*, vel *decus patris*. compoſitum ex אֲבִי pater & הוֹד

decus

decus, gloria. est nomen propium indeclinabile.

'Αβιάθαρ אֲבִיתָר *pater excellens.* Nomen viri indeclinabile, compositum ex אָב *pater* & יֶתֶר *excellentia:* Græci interpretes 1 Sam. 22. v. 21. vocem hanc sic scribunt, eademque legitur Marc. 2. v 26.

'Αβιλλωθ אֵבֶל, nomen proprium regionis Luc. 3. v. 1. videtur compositum ex אָבֵל *pater &* לִין *pernoctare*, q. d. patris mansio vel habitatio.

'Αβραάμ nomen proprium patriarchæ, κάλλιστον, compositum ex אַב *pater* & רָם *excelsus*, & litera ה ab ipso Deo inserta est. Gen. 13. 4, 5. ex nomine הָמוֹן hoc est *multitudo*, quâ nominis mutatione Deus Abrahamo promisit numerosissimam posteritatem, Rom. 4. 9. *Nominat.* ὁ 'Αβραάμ. Johan. 8. 56. *Genit.* τοῦ 'Αβραάμ. Luc. 16. v. 22. *Dat.* τῷ 'Αβραάμ. Rom. 4. 9. *Accus.* τὸν 'Αβραάμ. Luc. 3. 8. *Vocat.* πάτερ 'Αβραάμ, *Pater Abrahame.* Luc. 16. v. 24. Nota in Græcâ V. T. versione 'Αβραάμ semper spiritu aspero scribi.

'Αγαβος ου ὁ. Nomen proprium prophetæ, de quo Act. 11. v. 28. & 21. 10. cognationem habet cum Chaldaico אַגַּב *juxta, ad latus.* Aliis *commissarius* ὁ ἐφεστὼς ἡμῖν.

'Αγὰρ ἡ, *Agar.* Gal. 4. v. 24. הָגָר ancilla Abrahami. Gen. 16. v. 1. Vertunt *advenam, peregrinam* à גּוּר peregrinari. item *ruminantem* à גָּרַר, item *timidam* à יָגַר timuit. Sed omnes illæ notationes incertæ sunt. Fortassis hæc Arabum mater nomen habet ab הָגַר quod Arab. est *vexare, abdicare, fugere, peregrinari.* Hinc *Hegira* fuga (scil. Mahomedis) à qua annos suos supputant Saraceni. Hanc ancillam Abrahamus sic rogante Sarâ uxore, duxit in uxorem pellicem. Gen. 16. v. 3. quæ peperit *Ismaëlem.* Hinc orti sunt *Hagareni*, quos nunc vocamus *Saracenos.*

'Αγρίππας α ὁ, nomen Latinum proprium viri. Act. 25. v. 13. *in Gen.* ἀγρίππα Actor. 25. 23. *Declinatur ut* σωμᾶς. ᾶ ᾶ. ᾶν. ᾶ. *Vocat.* ἀγρίππα. Act. 26. 7. ita dictus ab ægro partu, uti docet Gellius lib. 16. cap. 16. ubi ait, Agrippas dici q. ægrippas, quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, Actor. 25. v. 13. 23.

'Αδάμ. Nomen Hæbræum proprium primi nostri parentis. Gen. 2. 15. & 4. 1. Est etiam appellativum, & valet idem quod *homo*, tribuiturque non solùm viro, sed etiam fœminæ, Gen. 1. v. 26. 27. Num. 31. 35. Per *metaph.* D. N. Jesus. 1 Cor. 15. v. 45. vocatur ὁ ἔσχατος 'Αδάμ. item est nomen proprium urbis, Jos 3, v 16. Hebr. אָדָם à radice אָדַם *rubuit*, unde est אַדְמָה *terra.* Est verò nomen 'Αδάμ indeclinabile. 1 Tim. 2. v. 13. 'Αδὰμ πρῶτος ἐπλάσθη. *Genit.* τοῦ 'Αδάμ &c. Luc. 3. 38. &c.

'Αδδὶ עֲדִי nomen proprum viri; Luc. 3. v. 28. videtur derivari à radice

radice עָדָה vel Syr. עָדָא quæ inter alia significat *transire*, unde Syr. עָדֵי *viator, qui transit*, Jerem. 9. Ezec. 33. Sæpe Kamets resolvitur in patach sequente dagesch. Sic dicitur עַדֵּי pro עָדֵי.

Ἀδραμυττηνὸς ἡ ὸν *Adramyttenus a um* Actor. 27. v. 2. nomen adject. à substantivo *Adramyttum*, quod est nomen urbis. Plinius lib. 5. c. 4. vocat *Adrumetum*. Ἀδρούμης ἡ, Stephano civitas est Aphricæ, non procul à Carthagine. vide Calepin. Videtur sic dicta quasi ἀδρυμός ex a & δρυμὸς ἡ ὁ, *sylva querna, glandifera, quercetum*, quod condita sit in loco plano, amœno, & minimè sylvestri.

Ἀδρίας ου ὁ, *Adria*. Act. 27. 27. ἐν τῷ ἀδρίᾳ scilicet πελάγει vel κόλπῳ. Latini *Adriaticum* vel Adrianum *mare* vocant: Geographi nostri *Sinum Venetum*. *Adria* civitas fuit in maris Adriatici sinu sita, unde ille sinus ita dictus fuisse putatur. Origo vocis non liquet. Fortè ab ἀδρὸς *copiosus, multus, adultus*. 2. Reg. 10. οἱ ἀδροὶ τῆς πόλεως dicuntur optimates civitatis. Sic Latinè Senatus à senibus, & Græcè γερουσία ας ἡ. Vel uti Calepinus per παῦ scribit Atria à Latino *atrio*. vel ex α & τρίω formido, q. d. intrepida, formidine vacua. Adria *mare* est. g. m. Adria *urbs* est g. f.

Ἄζωρ ὁ, nomen viri *Azor*. Mat. 1. v. 14. אַזּוּר est Σπουδαῖος à R. אָזַר vel à Rad. אָזַר accingere, q. d. *accinctus*.

Ἄζωτος ου ἡ. Nomẽ urbis Palestinæ, Jos. 11. 22. Hebraicè אַשְׁדּוֹד Aschdodh. nomen accepit à *nocendo* seu vastando. שָׁדַד *nocuit*, **schaden**, est radix. א in principio est Heemanticum. Act. 8. *v.* 40. οὗτος ἐζώτου pro ἐν ἀζώτῳ. Enallage præpositionis.

Ἄθραι ῶν αἱ. Nomen urbis, plur. num. tantùm, civitas Græciæ nobilissima, sita in Achaiâ, quæ ob multa littora olim dicta fuit ἀκτὴ ἧς ἡ, *littus*, παρὰ τὸ ἄχειν à frangendo, quòd ibi fluctus marini frangantur. Hinc *Atticus* dicitur pro *Actieus*, ἀφωνίας ἕνεκα. Dictæ autem sunt *Athenæ* ἀπὸ τῆς Ἀθήνης, hoc est, à Minervâ. unde autem ridiculis illis & fabulosis diis deabusq; Ethnicis nomina sint imposita, parum moror. Act. 17. 15. ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν, Duxerunt eum Athenas usque. Hinc est adject. Ἀθηναῖος *Athenæensis, Atticus*. Act. 17. 21. Alii Ἀθήνη quasi Ἀθήλη. θηλὴ ἧς ἡ, apex uberũ, papilla, q. d. non aliter more aliorum hominum, quippe quæ ex cerebro Jovis fingatur prognata. Eustath. in Ἰλιαδ. θ. ad *vers.* 125. θ ponitur pro νῦ quæ sunt literæ Linguæ, & proinde inter se *diuπαθόλοι*.

Αἴγυπτος ου ἡ. *Ægyptus*, nomẽ regionis Hebraicè dicitur, מִצְרַיִם à quodam Chami posterorum, qui ita nominatus fuit Gen. 10. *v.* 6. ab angustiis. Radix enim צוּר significat *obsidere, coarctare, in angustias redigere*. Isidorus lib. 9. Ægyptii, h. e. affligentes, eò quod afflixerint populum Dei. Scil. quasi מְצֻרְרִים

à עָנָה *afflixit*. Sed nomen hoc מִצְרַיִם filio Chami fuit impositum ante afflictionem. Fortè à מָצוֹר matzor *munitio*, *propugnaculum*, quod ipsum est à צוּר. Notatio verò vocis Græcæ haud perinde liquet. *Iul. Scal. in Fest.* Αἴγυπτος idem est quod niger, φαίλας. *Eust. ijdos Βήλου Αἴγυπτον ὠνόμασεν*, filius Beli Ægyptum nominavit, seu ei hoc nomen imposuit. *Gloss.* Αἴγυπτον interpretatur φαιὸν, hoc est, *fuscum*, *submigrum*. ubi secuti sunt Græcos, qui Αἰγύπτιον vocabant φαίλαν. Sic Plautus colorem *fuscum* dixit *vulturinum*. αἰγυπιὸς ὁ ἡ, *vultur*. idem quod γὺψ γυπὸς ὁ. Ergo Ægyptus sic dicta fuit ab Ægypto Beli filio, ille verò à *vulture*, ab ave rapaci. Vide alia in Mythol. Natalis Comitis. p.155.& 174. Αἰγύπτιος ου ὁ, Ægyptius, Act. 7. 34. Heb. 11.29.

Αἰνέας ου ὁ, *Æneas*. Nomen proprium viri. Poëtæ metri causâ prodcuunt penultimam. Αἰνείας Æneas, ut Ἀνδρείας pro Ἀνδρέας. Dicitur verò Αἰνέας ἀπὸ τοῦ αἴνου à laude, q. d. laudabilis. *Gen.* Αἰνέου. *Dat.* Αἰνέᾳ. *Accus.* Αἰνέαν, Act. 9. v. 33. *Voc.* Αἰνέα Act. 9. 34.

Αἰνὼν nomen oppidi juxta Salim non longè à Jordane, ubi baptizabat Johannes. Hebraicè scriberetur עֵינוֹן *fonticulus*, à radicè עַיִן *fons*. Non declinatur. Jo. 3. 23.

Ἀκυλας α ὁ, *Aquila*. vide supra Ἀγρίππας vocabulum orgine Latinum, 1 Cor. 16. v. 19. Actor. 18. v. 2. Rom. 16. 3. 2 Tim. 1. 19.

Ἀλέξανδρος ου ὁ, *Alexander*, nomen propium viri compositū ex ἀλέξω *juvo*, & ἀνὴρ *vir*, q. d. *fortis auxiliator*. Hinc Ἀλεξανδρεία ας ἡ, *nomen urbis*. Ἀλεξανδρεὺς έως ὁ, *Alexandrinus*, Act. 6. 9. & 18. 24. Ἀλεξανδρῖνος ίνη ινον. idem Act. 27. 6.

Ἀλφαῖος ου ὁ, *Alphæus*, nomen proprium viri, qui fuit pater Jacobi Apostoli. ab Hebr. אַלּוּף, *dux*, Matth. 10. 3.

Ἀμιναδάβ nomen Hebr. proprium viri, ἄκλιτον, compositum עַמִּינָדָב Amminadáb, *populi princeps*, ex עָם *populus*, & נָדִיב *princeps*.

Ἀμπλίας ου ὁ, *Amplias*, est nomen proprium viri Latinum, à nomine *amplus*.

Ἀμφίπολις εως ἡ, *Amphipolis*, nomen urbis, quam utrinque aqua alluit: compositum ex ἀμφὶ *circa*. & πόλις εως ἡ, *urbs*.

Ἀμὼν אָמוֹן Amon, *fidelis*, *verax*. Nomen propriū viri ἄκλιτον a radice אָמַן in Kal *alere*, in niphal *veracem* aut *fidelem esse*. Matth. 1. 10.

Ἀμὼς אָמוֹץ, hoc est, *robustus*, *fortis*. Pater Esaiæ prophetæ ita fuit apellatus, Esa. 1. v. 1. à radice אָמַץ *robustus fuit*, Luc. 3. v. 25.

Ἀνανίας α ὁ, *Ananias*. Nomen viri. Act. 5. v. 1. Hebr. חֲנַנְיָה, Chananjah, hoc est, *Dominus commiseratus fuit*. ex חָנַן gratiosus fuit, & יהוה DOMINUS.

Ἀνδρόνικος ου ὁ, *Andronicus*. Nomen Ai-

men viri Græcum, compoſitum ex ἀνὴρ ἀνδρὸς *vir*. & νίκος ſeu νίκη *victoria*, Latinè *victorioſus*.

Ἀνδρέας ου ὁ, *Andreas*. Nomen proprium viri Græcum, ἀπὸ τῆς ἀνδρὸς, q.d. *animoſus; ſtrenuus*, Matth.10.v.2. *Nom.* ὁ Ἀνδρέας, Matth.10. v. 2. *Gen.* τοῦ Ἀνδρέου Andreæ, Marc.1.29. *Dat.* τῷ Ἀνδρέᾳ Andreæ. *Acc.* τὸν Ἀνδρέαν Andream, Luc.6.v. 14. & Poëticè Ἀνδρέαν Andreas.

Ἄννα חַנָּה *Channa*, hoc eſt gratioſa. fuit altera uxor Elcanæ, 1 Sam.1. v. 2. fuit etiam nomen prophetiſſæ, Luc.2.v.36. Derivatur à radice חָנַן gratioſus fuit. חֵן gratia. valet idem quod *Iohanna*.

Ἄννας חָנָן *Chanan*, gratioſus, benignus. Feré idem quod יוֹחָנָן *Iuchanan* Johannes, de quâ voce ſuo loco dicemus. à voce Chaldaicâ חָנַן ordinis duplicatorum, ut & Hebraicè: & ſignificat *gratificari, largiri, donare*. Alii vertunt *affligentem* à radice עָנָה *reſpondit*. in piel עִנָּה *afflixit*. Sed nos hic ſequimur Syriacam N. T. verſionem, ubi Ἄννας Syriacè ſcribitur חָנָן Eſt verò ς in fine terminatio Græcorum. *In Gen.* Ἄννα, Luc. 3.v.2. *Dat.* Ἄννᾳ. *Accuſ.* Ἄνναν, Joh.18.13. Act.4.6. Fuit nomen pontificis.

Ἀντιόχεια ας ἡ, *Antiochia*, nomẽ urbis, quæ fuit totius Syriæ metropolis, à Seleuco Nicánore condita, & à patris ſui *Antiochi* nomine ita denominata. ex ἀντὶ *pro, vice*, & ὀχὲυω ὀχῶ ὁ, ſignificat *repagulũ*, q. d. vice repaguli. Notatio ſit à ſimili. *Gen.* Ἀντιοχείας, Act. 11. v. 19. *Dat.* Ἀντιοχείᾳ, Act.15.v.35. Διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, commorati ſunt Antiochiæ. *Acc.* Ἀντιόχειαν Act.11.v. 27. In quâ urbe diſcipuli primùm cœperunt nominari Chriſtiani. Hinc Ἀντιοχεὺς έως ὁ, *Antiochenſis*, Act.6.5.

Ἀντίπας α ὁ, Nomen viri, Apoc. 2.v.13. ex ἀντὶ & πᾶς, q. d. *vice* ſeu *loco omnium* vel *contra omnes*, ut Ἀντίχριστος, *contrarius Chriſto*.

Ἀντιπατρὶς ίδος ἡ, Nomen urbis Palæſtinæ, nunc dirutæ, quã Herodes rex Judææ ex patris ſui Antipatris nomine ita vocaverat, quòd fuit ἀντὶ πατρὸς ος ὁ, Antipater, q.d. ἀντὶ πατρὸς loco ſeu vice patris. Confer. 1. Machab. 12.v.16. *Dicitur* Ἀντιπατρὶς pro Ἀντίπατρις, Act.23.31.

Ἀπελλῆς οῦ ὁ, *Apelles* nomen viri. ex α & πελλὸς ſeu πελὸς *niger fuſcus*, q. d. minimè niger. vel à Latinâ voce *apella*, quæ circumciſum ſignificat, q. d. ſine pelle. Sic amens, q. d. ſine mente. Rom. 16. v. 10. Ἀσπάσασθε τὸν Ἀπελλῆν, *ſalutate Appellen*. Fuit etiam alius Apelles pictorum princeps, à quo ſolo Alexander rex Macedonum pingi voluit, de quo Ovidius ita ſcribit,

Si nunquam Venerem Cous
pinxiſſet Apelles,
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Ἀπολλωνία, ας ἡ, *Apollonia*, nomen urbis Macedoniæ, ſic dictæ ἀπὸ τοῦ ἀπολ-

Ἀπολλύειν à perdendo, vastando, Act. 17. 1.

Ἀπολλὼς ὁ, Apollos nomen viri Alexandrini, 1 Cor. 3. 5. τίς δὲ Ἀπολλώς; Quis verò est Apollos? Gen. Ἀπολλῶ, 1 Cor. 16. 12. Accus. Ἀπολλὼ pro Ἀπολλῶν. Act. 19. 1. 1 Cor. 4. v. 6. Tit. 3. 13. ubi observa in quartâ simplicium declinatione, quæ Attica est, genitivum in dissyllabis aut polysyllabis, si accentus sit in fine, non circumflecti, ut λεώς τοῦ λεῶ, τεῶ τῷ τεὼ & accusativum regulariter definere in τὸν, exceptis ὁ ἄδης, τὸν ἅδην, nomen montis. ἡ ἕως τῆ ἕω aurora. ἡ κάως τῆ κάω, nomen insulæ. ἡ κῶς τῆ κῶ, nomen insulæ. ὁ λαγὼς τὸν λαγὼ lepus. Ἀπολλὼς nomen viri τὸν Ἀπολλώ. Quædam tamen eorum etiam regulariter declinantur. Herod. dixit τὸν ἅδεω, & Plutarchus τὸν λαγών, & Act. 21. 1. legimus τῆ κῶ. Eadem est hujus vocis notatio, quæ præcedentis.

Ἀπφία ας ἡ, Apphia nomen mulieris. Syriacè. אַפִּיָא fortè ita dicitur ab אָפַר pinsere, coquere, vel ab אָפַר pinsuit, Philem. v. 2.

Ἄραψ Arabs. עֲרָבִי 2. Esd. 2 v. 19. & עֲרָבִי. Esa. 13. 20. Lxx. κορώνη cornix quasi עֹרֵב Hieron. latro, quia latrociniis ferè diti Arabes à radice עָרַב spondere, negotiari, miscere. unde est עֲרָב Arabia, nomen proprium regionis, ita dictæ à עֲרָב negotiatio, vel à multis desertis, quibus abundat. עֲרָבָה significat desertum, solitudinem. Act. 2. 11. Κρῆτες καὶ Ἄραβες Cretenses & Arabes. Ἀραβία ας ἡ, Arabia legitur in N. T. bis, Gal. 1. 17. & 4. 25.

Ἀράμ Aram est nomen viri ἄκλιτον, de quo Mat. 1. 3. Luc. 3. 33. τῆ Ἀράμ, ab Hebræâ voce רָם altus, excelsus, sublimis. à radice רוּם elevari, extolli cujus fit meatio Gen. 10. 22. Ruth 4. v. 19. Vide Schindl. Lexic. ad אֹרֶם sub finem. Job. 32. 2. רָם pro אֹרֶם per aphæresin.

Ἀρέτας Aretas est nomen viri, origine Græcum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς à virtute, & hoc à verbo ἀρέσκω, placeo. Est ergo ἀρέτας ὁ, idem quod φιλάρετος, h. e. virtuti deditus. Genitivus casus legitur 2 Corinth. 11. v. 32. Accusat. 2 Macchab. 5. 8.

Ἄρειος πάγος Areopagus. Collis Athenis clarissimâ Græciæ urbe fuit, qui dictus fuit Martis seu Martius, quòd Mars primum cædis causam in eo judicio dixisset. Erasmus vertit *Martium Vicum*. Sed πάγος Græcè non vicum sed colliculum significat ὀλύνθος. Alia est ratio nominis Latini *pagi*. Curia ergo Athenienses sic dicta fuit. Ἄρειος *Martius* ab ἄρης ὁ, *Mars*, unde est ἀρείων, ἄριστος, *melior*, *optimus*. Ethnici Martem bello præesse fingebant, unde eum coluerunt, licut nostri καπνίζηλοι, Ethnicorum simii, suum colunt *Georgium*, prout Poëta scripsit:

Vt Latii Martem, sic nos te dive Georgi,
Poscimus, &c.

Sed

Sed nos qui Christi ſumus diſcipuli, & in ſcholâ Spiritus ſancti meliùs inſtituti, ſolum Deum agnoſcimus mundi, bellorumque authorem. Bella, quatenus juſtitiæ divinæ ſunt executiones, & pœnæ habent rationem, à Deo ſunt, quibus electos ſuos caſtigat, impios verò punit. πάγος ου ὁ, *collis* derivatur à verbo πήγνυμι *pango, compingo*, de quo vide ſuprà 548. 1. derivatur à præt. med. πέπηγα pro quo etiam πέπαγα · ſicut pro πέφιλα πέφαλα. vide φιλέω. Ἀρεοπαγίτης ου ὁ, *Areopagita, ſenator Athenienſis*, Actor. 17. 34. Hinc judices ſeveriſſimi & innocentiſſimi dicti ſunt Areopagitæ, & notum eſt proverbium σκυθρωπότερος Ἀρεοπαγίτου. vide Chiliadas Eraſmi.

Ἀρειμαθαία ας ἡ, *Arimathæa* nomen urbis. Mihi videtur urbs hæc dicta à Chaldaica voce רָמָתָא quæ collem ſignificat. רוּם altum eſſe. Matth. 27. 57. ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀρειμαθαίας, venit homo dives, qui erat oriundus ex urbe Arimathæâ, ſicut articulus ὁ apud Marcum c. 15. 43. oſtendit, ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀρειμαθαίας ſcilicet ὤν.

Ἀρίσταρχος ου ὁ, *Ariſtarchus* q. optimus princeps. ex ἄριστος optimus, & ἀρχὸς οῦ ὁ, princeps. thema eſt ἄρχω impero, Act. 19. 29. & 20. 4. & 27. 2, &c.

Ἀριστόβουλος ου ὁ, *Ariſtobulus* h. e. optimus conſiliarius, eſt nomen viri. βουλὴ ſignificat *conſilium*. Rom. 16. 10.

Ἀρμαγεδδών *Armaggeddon* nomen proprium loci. compoſ. ex עַרְמָה & גְּדוֹן q. d. callida & inſidioſa militia ſeu confederatio. M. L. componit ex גְּדוֹן חֲרֹמָא h. e. *infauſta, divinóque anathemati ſubjecta confederatio*, q. d. ſæcrum bellum, Apoc. 16. 16. Pareus in comment. duas potiores interp. indicat ſententias de hac voce, ita ut vel ſit idem quod *fratres excidii* à עָרַם & גָּדַר, vel notet הַר-מְגִדּוֹן *montem Megiddonis*, vicinum ſcilicet campo Megiddonis, ubi *Joſias* rex infeliciter cum *Nechone*, rege Ægypto pugnans, cæſus legitur. 2 Chron. 35. v. 22. Zach. 12. v. 11. Aliam notationem, ubi vertitur *excidium Excelſæ* ſive *Romæ*, vide apud Danæum in tractatu de Antichriſto cap. 16.

Ἄρτεμᾶς ᾶ ὁ, *Artemas* eſt nomen viri, Tit. 3. v. 12. ab adj. ἄρτεμὴς ὴς ὲς, *incolumis, integer*, à nomine ἄρτος *perfectus*, vel q. ἀρτεμὴς, h. e. *non ſectus*.

Ἄρτεμις ιδος ἡ, *Diana*, Eſt nomen idoli, fictitiæ deæ, quam venationi præeſſe pagani fingebant, unde à poëtis venatrix dicitur. *Accuſ.* Ἄρτεμιν & Ἄρτεμιδα. *Voc.* Ἄρτεμι, Act. 19. v. 24. 27, 28, 34, 35. Derivatur à themate ἄρτεμὴς ὴς ὲς, *incolumis*. quod tamen videtur dici ab ἄρτιος *perfectus*, vel q. ἀτεμὴς *non ſectus*, ex α & τέμνω. Latina verò vox *Diana* videtur dici q. Διὸς ἄνασσα Jovis regina.

Ἀσυγκρίτος ου ὁ, Nomen viri ἀχλιπτ. אַרְפַּכְשַׁד videtur compoſitum ex רָפָא *ſanavit, &* שַׁד *vaſtatio.* כ eſt adverbium ſimilitudinis

tudinis, q. d. *ſanans veluti vaſtationem*, *vel eſt ex* אָרַף & כָּשַׁר, quæ radices jam ignorantur.

Ἀρχέλαος ου ὁ, *Archelaus*, ἀρχὲ λαοῦ *princeps populi*. Græcè acuitur antepenultima propter ultimam brevem, Latinè verò penultima, juxta regulam; Penultimâ longâ accentus eſt in penultimâ, Matth. 2. v. 22.

Ἀρχίππος ου ὁ, *Archippus* princeps ſeu magiſter equorum, q. d. ἀρχὲς ἵππων, eſt nomen viri. Phil. 2. Coloſſ. 4. 17.

Ἀσά ὁ, אָסָא nomen viri indeclinabile, ita dictum à Syriacâ voce אֲסָא *curavit*, *ſanavit*. valet idem quod Hebræum רָפָא. Matth. 1. 7, 8. vide 1 Reg. 15.

Ἀσία ας ἡ, *Aſia*. Nomen tertiæ orbis terrarum partis. Derivant vulgò ab *Aſia* filia Oceani, matre Promethei, vel ab *Aſio* viro. Ἄσιος Græcè eſt *limoſus*, ſicût πηλὸς ὁ, nomen regis, à πηλὸς lutum, *lutulentus*. ab ἄσις εως ἡ, *limus*, *canum*. Act. 2. v. 9. 1 Cor. 15. 19. 2 Cor. 1. v. 8. Apoc. 1. v. 4.

Ἀσύγκριτος ου ὁ, *Aſyncritus*. Nomen proprium viri, hoc eſt, *incomparabilis*. ex α & σύγκριτος, & hoc ex σὺν & κρίνω *ſeſerno*, *judico*. & à κρίνω videtur Latinum *cerno* ortum, Rom. 16. 14.

Ἄσσος ου ἡ, *Aſſus*. Nomen urbis. In Syriacâ verſione תַּסּוֹם *Theſus* vel *Theſſus*, Act. 10. 13, 14

Ἄτταλεια ας ἡ, *Attalea* vel *Attalia*, civitas Pamphyliæ maritima, Act. 14. v. 25. videtur ita dicta ab עֲתָלְיָהוּ *hora vel tempus Domini*. *ex* עֵת, & ל eſt articulus dativi caſus, & יְהוָה quod poni ſolet pro יהוה ſimile fuit nomen *Athaliæ filiæ Amri* regis Iſraëlis. 2 Reg. 8. v. 26. quod tamen Græci ſcribunt γοδολία.

Ἀχαΐα ας ἡ. Nomen regionis Græciæ. Videtur ita dici à Græcâ voce ἄχος εος τὸ, *triſtitia*, *dolor*, Act. 18. 12, 27. & 19. 21. Hinc eſt Ἀχαϊκὸς ἡ ὁ, *Achaicus*, natus in Achaia, 1 Cor. 16. 17.

Ἀχάζ ὁ, *Achaz*. Nomen viri ἑλληνικὸν, origine Hebræum, à radice אָחַז *apprehendit*. Matth. 1. 9. Confer 2 Chron. 28.

Ἀχεὶμ ὁ, *Achim*. Alia exemplaria habent Ἀκείμ. nomen viri ἑλληνικὸν, origine Hebræum. Mat. 1. 14. In Syriaco textu eſt אֲבִין hoc eſt, *præparabo*. 1. perſ. fut. hiphil à radice כּוּן Cun *præparare*. Sed juxta literas Græcas eſt ab אָקִים 1. ſing. fut. hiphil *erigam* στήσω, q. d. *erigens ſe divinis promiſſionibus*: qui credit carnis reſurrectionem. Vide infra ἰωακίμ.

Βάαλ ὁ, *Nomen idoli Sidoniorum* ἑλληνικὸν. 1 Reg. 16. 31. Accipitur etiam per ſynecdochen ſpeciei pro *quocunque alio idolo*, Jerem. 2. 8. Latini Martem vocant, Num. 23. 4. quod idolum deſtruxit Gedeon, Jud. 6. 25. Eſt etiam *nomen loci*, 1 Chron. 5. 23. item *nomen viri*, 1 Chron. 5. 5. & 8. 29. & 9. 35. Dicitur בַּעַל, hoc eſt, *maritus*, *dominus*, *poſſeſſor*, à radice בָּעַל *domi-*

dominari, imperare, maritum esse, ducere in uxorem, Roman. 11. 4. qui non flexerunt genu τῇ Βάαλ pro τῷ τοῦ Βάαλ εἰκόνι, *imagini Baal.* vel sine tali ellipsi, 1 Reg. 16,31. ἐδούλευσε τῷ Βάαλ, servivit Baali.

Βαβυλὼν, ῶνος ἡ, *Babylon* Nomen urbis בָּבֶל *Babhel*, hoc est, *confusio*: à radice בָּלַל *confudit*, Gen. 11.9. Nomen civitatis. In Apocalypsi civitas illa ἀντίλοιπος, quæ est Babylon Europæa, causa quoque est omnis confusionis & ἀπωλείας, sedes Antichristi, Apoc. 14.8. & 16.19. & 17. 15. & 18. 2. ἔπεσε, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, *cecidit cecidit Babylon illa magna.*

Βαλαὰμ ὁ, *Balaam.* Nomen arioli, qui fuit filius Beoris, Num. 21.5. בִּלְעָם vox composita ex בלו & עם, h.e. sine populo, seu vetustas populi. vel ex בלע & עם, hoc est, devoratio seu destructio populi, 2 Pet. 2. 15. Judæ ver. 11.

Βαλὰκ ὁ, *Balak*, nomen viri, regis Moabitarum, Num. 22. 2. ἐκλιπὼν, à radice בָּרַק *exinanivit*, Apoc. 2. 4.

Βαραββᾶς ᾶ ὁ, *Barabbas* est nomen insignis latronis, compositum ex nomine בר *bar* filius, & אבא *abba* pater, q. d. filius patris, **vatterſohnlein**, Marth. 27. 16. Mar. 15.7. Johan. 18.40. ἦν δὲ Βαραββᾶς λῃστὴς, *erat verò Barabbas latro.*

Βαρὰκ ὁ, *Barak* בָּרָק, hoc est, *fulgur*, à radice בָּרַק *fulguravit.* nomen proprium herois, de quo Jud. 4. 6. ἀλλὰ τὸν, Heb. 11. 32.

Βαραχίας ου ὁ, *Barachias*, nomen proprium viri, compositum ex בָּרַךְ *benedixit*, & יה *Dominus*, q. d. qui benedicit Domino. *Benedicere Domino* est Hebraismus, pro *gratias agere domino.* Mat. 23. 35.

Βαρθολομαῖος ου ὁ, *Bartholomæus.* nomen Apostoli, Mat. 10. 3. Syri. ברתולמי Bartholomai. Vox decomposita ex בר bhar *filius*, תולה thole *suspendens*, & מים májim *aquas*, q. d. filius haurientis aquas.

Βαριησοῦς, nomen viri, *Barjesus*, Actor. 13.6. In Syriaco est בר שומא Batschuma *filius nominis*, h. e. percelebris. Fr. Jun. in notis ad versionem Tremel. Syr. non videtur dictus à nomine sancto ישוע, sed à scientia. ita ut Βαριησοῦς idem sit, quod *filius scientiæ*, h, e. divinus, seu magus. Idem Act. 13.8. vocatur Ἐλύμας, Hebr. אל מעץ divinum consilium.

Βαριωνᾶ ᾶ, *Barionas*, hoc est, filius Jonæ. Heb. בַּרְיוֹנָה compositum ex בר *filius*, & יונה *Jonas*, de qua voce vide infra. Matth. 16.17,

Βαρνάβας α ὁ, *Barnabas.* Syri. ברנבא. Act. 4. 36. ubi explicatur ὑὸς παρακλήσεως. Drusius putat ortum esse hoc nomen ex lingua antiquiore. Ad orthographiam vocis proximè accedit interpretatio Hieronymi, *filius prophetæ*, ita ut compositum sit ex בר & נביא bar & nabi. Et sanè prophetæ munus positum

etiam est ἐν τῇ παρακλήσει, id est, consolatione & exhortatione.

Βαρσαβᾶς ὁ, *Barsabas*, nomen viri. Syriac. בַּרשַׁבָּא Barschabba, ex בַּר *filius*, & שָׁבָא *quies*, q. d. *filius quietis*. Alii ex בר & שוב *reverti* derivant, q. d. *filius conversionis*, Actor. 1.23. & 15.22.

Βαρτιμαῖος ὁ, *Bartimæus*, nomen viri. Marc. 10.46. idem quod υἱὸς Τιμαίου, *filius Timæi*.

Βεελζεβοὺβ ὁ, nomen idoli Acronitarum. 2. Reg. 1. ver. 2. vox composita ex בַּעַל dominus, seu *possessor*, & זְבוּב *musca*, ita dictum fuit hoc idolum à copia muscarum sectantium sanguinem immolatitium; vel quod crederent idolum illud abigere posse muscas, quæ incolis illis erant molestæ; unde ab Ethnicis Jupiter quoque dictus fuit ἀπόμυιος, abactor muscarum. Tribuitur Satanæ seu diabolo per metaphoram, Matth 10.25. qui *princeps* est reliquorum *malorum spirituum*, more muscarum in aëre volitantium. In N T scribitur Βεελζεβὰλ pro Βεελζεβοὺβ, λάμβδα pro βῆτα Matth. 12.24. idque κατ' ἀναγραμματισμόν, quæ talis est figura ubi litera ponitur pro litera. Simile exemplum vide infra in voce χαμαὴλ.

Βελίαλ ὁ, ἀχρεῖον, *nequam*. Heb. בְּלִיַּעַל componitur ex בְּלִי *sine, non*. & יָעַל *profuit* Judic. 19. v. 22. valet idem quod Latinum *nequam*, qui nemini prodesse, sed tantùm obesse studet. vel ex בָּלַי, non ex יעל per apocopen pro יַעֲלֶה ascendet, h.e. qui *non proficiet*, non proficiet. Alii ex nomine עוֹל, id est, *jugum*, ut significetur homo disciplinæ impatiens, quem Græci vocant ἀχάλαστον, q.d. impunibilem, hoc est, qui se pœnæ subducit. Talis est adolescens ἀπαιδαγώγητος, qui nulli pædagogo vult morem gerere. Satanæ tribuitur, 2 Cor. 6.15.

Βενιαμὶν ὁ, *Benjamin*, nomen viri, origine Hebræum, ἀχλαστος, compositum ex בֶּן filius, & יָמִין dextera, q. d. *filius dexteræ*; hoc est, filius dexter, hoc est, qui æquè carus est, atque dextera. Vel impositum fuit hoc nomen *filio Jacobi*. Genes. 31. quod natus esset in terra *Chanaan*, quæ respectu Mesopotamiæ (in qua reliqui filii eius erant nati) australis, hoc est, à dextra erat. Drus. Act. 13. 21. Rom. 11.1. Philip. 3.5. ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ex tribu Benjaminis, hoc est, *posterorum Benjaminis*. per meton. effic.

Βερνίκη ης ἡ, *Bernice*, nomen mulieris, Act. 25. 13. vel ut in historia Hebraa Gorionidis *Beronice*. Id autem quod Græci dicunt φερονίκη, Macedones pronuntiant βερονίκη, φ in β mutato. Cognatum est nomen *Veronica*. Drus. Act. 25. 13. q.d. *victoriam afferens*.

Βέροια ας ἡ, *Beræa*, nomen urbis Macedoniæ, Act. 17.10, 13. quasi βαρεῖα *ponderosa*, vel q. βαθύῤῥοια, *profundus fluxus*. Hinc est Βεροιαῖος αἷος ἄιος, *Beræus* e. Act. 20.4.

Βηθα-

Βηθαβαρὰ ἄτ. ὃ, *Bethabara*, nomen proprium loci trans Jordanem, Johan. 1. 28. ἐν βηθαβαρᾷ. ὃ ℥ subſcriptum ℥ α in pleriſque exemplaribus deſideratur, quaſi ſit vox ἄκλιτον. Vox eſt compoſita ex בֵּית *domus*, & עֲבָרָה *tranſitus, tranſiectio, tranſvectio. vadum*, quaſi diceres, domus vadi.

Βηθανία ας ἡ, *Bethania*, nomen villæ in latere montis Oliveti, Luc. 19. 29. ubi Servator Lazarum è mortuis exciravit, Joh. 11. 1. Syr. בֵּית עַנְיָא *Beth-hania*. Compoſitum ex בֵּית beth. *domus*, & עַנְיָא haija *pauper, afflictus*, q.d. domus pauperis.

Βηθεσδὰ ἡ, *Bethſaida*, nomen proprium piſcinæ, de qua Joh. 5. v. 2. Lege Fr. Jun. In Nehem. ca. 3. v. 1. Syr. בֵּית־חַסְדָּא Bethchesdá. Vox compoſita ex בֵּית domus, & חסד *cheſed* beneficentia. pro qua voce Syri dicunt חַסְדָּא q.d. *domus miſericordiæ*, ſcilicet, quam Deus miraculoſè exercebat in eos, qui deſperatis laborabant morbis. Alii בֵּיתאֶשְׁדָּה vertunt *domum effuſionis*, quòd in eum locum magna aquæ copia effunderetur. ex בֵּית domus, & אֶשֶׁד *effuſio aquarum decurſus*. nomen g. m. à radice Chaldaica אֶשַׁד *effudit*, pro quo Hebræi dicunt שָׁפַךְ. Sed tutius hic eſt ſequi textum Syriacum, in quo eſt ד, non א. Prius itaque etymon huic præferendum eſſe exiſtimo.

Βηθλεὲμ ἡ, *Bethlehema*, nomen urbis ἄκλιτον. בֵּיתלֶחֶם Bethlechem. vox compoſita ex בֵּית *domus*, & לֶחֶם *panis*. q. d. *domus panis*. Fuerunt verò duæ Bethlehemæ, quarum una fuit in tribu Zabulon, de qua Joſuæ 19. v. 15 ex qua fuit Itzban Judex populi Iſraëlitici, Jud. 12. 8. Altera fuit in tribu Judæ, unde Matthæus cap. 2. ver. 1. ſcribit ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, *Bethlehemæ, quæ eſt Judææ*. Vocatur civitas Davidis, Luc. 2. 4. Johan. 7. verſ. 42. ubi David natus fuit, 1 Sam. 16. 18. Et patria fuit Domini noſtri Jeſu Chriſti, Regis regum, & Domini dominantium, Micheæ 5. 2. Matth. 2. v. 6. Et nocturnæ graſſationis cauſa, quam *Satanæ ſcholam* vocare ſoleo, quánique Saranas in contumeliam generis humani, & in interitum florentis ætatis invexit, non poſſum præterire cladē illam de qua Judic. 19. & 20. ubi propter quoſdam nocturnos graſſatores Gibeonitas, Levitæ cujuſdam concubinæ, cujus patria erat Bethlehema, vim inferentes, tota tribꝰ Benjamini, exceptis ſexcentis viris fugâ elapſis, miſerrimè delera fuit. Hæc urbs vocatur etiam Mich. 5. ver. 2. אֶפְרָתָה בֵּית־לָחֶם *Bethlehemum Ephratæ* ab uxore Calebi, cui nomen fuit *Ephrata*, cujus fit mentio 1 Chronic. 2. ver 19. Vide parallelos Fr. Junii. Matth. 2. v. 6. non ipſam prophetiam, de qua Mich. 5. ver. 2. citat, ſed verba Phariſæorum, Herodi reſpondentium, & textum prophetæ paraphraſticâ expoſi-

tione appositissimè allegantium, ut eò magis tyranni animum concuterent, recensèt. Alii putat *Bethlehemum* sic dictum fuisse à summa fertilitate, quâ locus ille aliis præstabat. Hieron. epist 27. ad Eustoch. Bethlehem Ephratha, h.e. πάχυ φόρον.

Βηθσαϊδὰ ἧς ἡ, *Bethsaida*, nomen urbis Galilææ, ex qua oriundi erant Petrus, Andreas & Philippus, Apostoli, Joh. 1. 44. Luc. 10. ver. 13. Syriacè scribitur בֵּית צַיְדָא, h. e *domus piscationi* צוֹד enim Syriacè significat *piscari*. item *venari* more Hebrææ linguæ. צַיָּדִים *piscatores*, Isa. 10. ver. 33.

Βηθφαγὴ ἡ, *Bethphage*. villula fuit in monte Oliveti, vicina Bethaniæ, ad quam venit Jesus Servator noster, Matth. 21. v. 1. Est nomen indeclinabile. Lucæ 19. 29. ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν *quum appropinquâsset Bethphagæ & Bethaniæ*, hoc est, quum non procul abessent. Syriacè scribitur בֵּיתְפָגֵא Bethphage scilicet est vox decomposita ex בֵּית domus, פַּג os, & גֵּא vallis, q. d. *domus in ore*, seu faucibus *vallis*. vel, quod ἰτυμον præfero, videtur componi ex בֵּית *domus*, & פַּג, *ficus immaturæ*, q. d. domus ficuum præcoquarum. Non possum verò eorum probare etymologiam, qui partim ex Hebræo בֵּית, partim ex Græca voce πάγη, vocem hanc conflatam esse aiunt. Componi enim solent voces ejusdem linguæ. Eodem incommodo laborat interpretatio Drusii, qui ex antiquorum codicum lectione Βηθσφαγὴ, putat explicari posse *domum mactationis*, vel *immolationis*.

Βιθυνία ας ἡ, *Bithynia*, provincia Asiæ minoris, Jerâ flumine à Galatia disterminata. Syriacè scribitur בֵּיתִינְיָא Baithunija. Videtur origine, Græcum, ex βάθυνω θ ὁ, *fovea*, 2 Sam. 18. Alii componunt ex βία *vis* & θύω, quod est ex θύω pleonasmo literæ ν *propero, festino*, q. d. *violenta properatio*. Sed licet hic in gratiam tironum liberiùs ἐτυμολογῶν, unde hoc saltem perceptura est commodi, ut variarum vocum sibi comparet copiam, & tanquam aliud agendo aut lusitando in tribus illis linguis, Hebræâ, Græcâ & Latinâ paulatim uberiores faciat progressus.

Βλάστος ὁ, *Blastus*, nomen proprium viri, origine Græcũ. Nam βλαστὸς ὃ ὁ, significat *germen*, à themate βλαστάω, pro quo usitatum est βλαστάνω, *germino*. quam vocem quære suo loco.

Βοανεργὲς, *Boanerges*. Marc. 3. 17. Βοανηργὲς, ὅ ἐστι, υἱοὶ βροντῆς, quod est *filii tonitrui*. Syr. legitur בְּנֵי רְגְשִׁי benairgeschi, hoc est, *filii fragoris*. ο μικρὸν ergo redundat. Sed vix ullum peregrinum vocabulum invenias, quod Græcis literis non sit corruptè scriptum. בְּנֵי dicitur Syriacè pro בָּנִי *bene*, Hebraicè. רְגְשִׁי est à verbo רָגַשׁ *cum tumultu convenire*. item Syriacè *tonare*.

nare. רֶגֶשׁ Hebraicè *cœtum frequentem*, Psal. 55. 14. Syriacè verò etiam *tonitru*, *fragorem*, & *tumultum* significat. Et hæc verba idem valent quod בְּנֵי רַעֲם *bene rahaм.* quæ Syrus dicto loco Syriacè sic reddit: בְּנֵי רַעֲמָא *benaì rahamá ὑοὶ βροντῆς.* רַעַם Heb. est *βροντᾶν*, h.e *tonare.*

Βοὸζ ὁ, *Boaz*, nomen viri, Heb. בַּעַז q. d. in quo est robur, vel qui est *cum robore*, ἐν ἰσχύϊ. בְּ significat præpositionem *in*, עַז verò *robur.* עָז *robustus*, à rad. עָזַז *roboravit.* Ruth. 2. ver. 3. Mar. 1 v. 5

Βοσὸρ ὁ, ἄκλιτον, à בּוֹר, q. d. *spargens.* 2 Pet. 2. 15. ita vocatur pater Balaami. At idem vocatur Num. 22. ver. 5. Βεώρ, Hebr. בְּעוֹר à בָּעַר *ardere*, *accendere*, *obbrutescere.* Fuit ergo binominis. Βοσὸρ alioqui fuit nomen *viri* alterius. 1 Chro. 7 36. i em *urbis.* Deut. 4. 43. 1 Chron. 6. ver. 77.

Γαββαθᾶ, *Gabbatha*, nomen plateæ seu loci editioris, lapidibus strati Hierosolymis, ubi erat tribunal seu solium Judicis, Joh. 19. 13. Græcè λιθόστρωτος, quam vocem vide supra in themate στρωτὸν. Syriacè scribitur גַּפִּיפְתָא *gephiphtá*, quod est à radice Syriacá גְּפַף *gesáf.* in Hiphil *claudere ostium.* in Piël verò *circumplecti*, *amplexari.* Heb. חִפֵּק. Significat verò nomen גַּפִּיפְתָא propriè κατάλογον, hoc est, pavimentum elatum, lorica circumdatum. Alii γαββαθᾶ derivant à Syriaca voce גַּבְעָתָא gibhatta *colliculus.* Alii ab Hebræa voce גָּבַהּ *elevari*, *excelsum esse.*

Γάζειλ ὁ, *Gabriél*, nomen proprium angeli ἄκλιτον. origine Hebræum, & componitur ex גֶּבֶר gébher *vir*, & אֵל *El* Deus, q.d. *vir dei*, Luc. 1. 19 ἐγὼ εἰμὶ Γαβριὴλ גַּבְרִיאֵל Est verò גֶּבֶר à radice גָּבַר *prævalere*, *prædominari*, unde est Latinum *guberno*, & Græcorum κυβερνάω. Sunt enim γ & κ literæ unius organi, & proinde ἐυμεταβολοι.

Γὰδ ὁ, nomen viri, ἄκλιτον. *Gad.* Apocal. 7. v. 8. Hebraicè גָּד Genes. 30. ver. 11. à גָּדַד *turmatim convenire.* Nomine hoc *Lia mater* numerosissimam sibi exoptabat familiam, & examen aliquod filiorum. Hic prolis (ἡ πολυτεκνία) amor in hac effæta mundi senecta planè defecit.

Γαδαρηνὸς ἡ ὁ, *Gadarenus*, Marc. 4. vers. 1. nomen gentis. Gadara regio fuit in tribu Manasse, ista trans Jordanem, ut liquet ex Luc. 6. ver. 26. Eam Strabo vocat Gadaritam lib. 16. Derivatur verò *Gadara* ab Hebræa voce גָּדַר vel cum accentu fortiter distinguentes גָּדֵר *murus*, *septum.* גָּדֵר idem, à radice גָּדַר *sepsit*, *septo circumdedit*, *murum struxit.* גָּדַר godér, *faber murarius.* Dicitur etiam גְּדֵרָה ge-

dera pro גָּדֵר *gader* in eadem significatione. In plurali גְּדֵרוֹת 2 Chronic. 28 18. nomen urbis. Vetus interpres habet *Gerasenorum*, & sunt exemplaria, ubi lectio variat. Vide Bezam Gadarenus ergo dicitur quasi *septo circumdatus*.

Γάζα ας ἡ, *Gaza*, nomen urbis. Act. 8. 26. Vide supra in appellativis p. 155. 2.

Γάϊος ου ὁ, *Cajus* nomen proprium viri Latinum origine, & olim idem erat quod nunc *dominus*, Rom. 16. 23.

Γαλατία ας ἡ, *Galatia*. regio in Asia minori, Bithyniæ finitima, à Græca voce γάλα ακτὸς τὸ, *lac* unde Γαλατία dicitur pro Γαλακτία, q. d. *lactea*. Vocatur etiam Gallogræcia, & à Gallis nomen suum traxit, qui in auxilium à rege Bithiniæ evocati, regnum cum eo partâ victoriâ diviserunt, atque ita Græcis postea admixti, *Gallogræci*, & tandem *Galatæ* appellati fuerunt. Vide Plin. lib. 5. c. 32. Ptolemæum in 5. c. 4. & Strabonem in 4. Γαλάτης ου ὁ, *Galata*. Nomen gentilitium. Gal. 3. 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται! *ô amentes Galatæ!* Γαλατικὸς ἡ, ὸν, *Galaticus*, ad Galatiam pertinens, Actor. 16. 6. Γαλατικὴ χώρα, *Galatica regio*.

Γαλιλαία ας ἡ, *Galilæa*, nomen regionis Iudaicæ, origine Hebræum גָּלִיל, h. e. *limes*, *confinium*, 1 Reg. 9. ver. 11. Ios. 10. v. 7. in forma constructa. Isa. 9 ver. 1. גְּלִיל הַגּוֹיִם *Galilæa gentium*. à radice גָּלַל *galal* volvit, *volutavit*, *convolvit*. Syriacè legitur גְּלִילָא Gelilá. Γαλιλαῖος α ον. *Galilæus a um*. Mat. 26. vers. 69. καὶ οὗτος ἦν μετὰ τοῦ Γαλιλαίου, *& tu eras cum Jesu illo Galilæo*. Et Iulianus apostata in acie contra Christianos letaliter sauciatus, sanguinem suum suâ ipsius volâ exceptum iudisse, & sic exclamâsse fertur: νενίκηκας ὦ Γαλιλαῖε, *vicisti ô Galilæe*.

Γαλλίων ωνος ὁ, *Gallio*, nomen proprium viri. Act. 18. 12. 14. 17. Sic dictus fuit à lacteo candore, unde & *Gallos* dictos esse pleriq; statuunt. Γάλα ακτὸς τὸ, *lac* significat. Si autem à gallo ave putes fluxisse, avem eam à priscis Martiam dictam fuisse novimus. Ab Aristophane ἀλεκτρυὼν, *gallus gallinaceus* vocatur νεοττὸς ἄρεως, hoc est, pullus Martis. Vide Thes. Steph. to. 2. p. 1039. Sed illi ipsi *Galli*, qui sic dicuntur à lacteo candore, hodie appellantur *Franci*, tanquam ex Germanis Franconibus orti, quòd gens sit libera, & libertatis defensatrix acerrima.

Γαμαλιὴλ ὁ, *Gamaliel*, nomen viri ἀνδρὸς. Hebræum origine. Num 10. 1. גַּמְלִיאֵל *Gamaliel* Syriacè גַּמְלִיאֵל, hoc est, *retributio Dei*. compositum ex גְּמוּל *retributio*, *beneficium*, & אֵל *Deus* גְּמוּלָה idem valet unde Jerem. 51. 56. אֵל גְּמֻלוֹת Deus retributionum. Radix est גָּמַל *retribuit*, *rependit*, *retulit*, *refudit*. אֵל verò est à radice אוּל *fortitudo*,

tudo, Psal.88.5. Act.22.3. παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, ad pedes Gamalielis. Vide supra πούς.

Γεδεὼν ὁ, *Gedeon*. Heb. 11.32. nomen heroïs ἄλσους. Hebræum origine גִּדְעוֹן *Gidhon*, à radice גָּדַע *excidit*. unde est Germanorum **ausjgetten**, quod propriè est lolia aut zizania ex hortis, agrisve evellere, eradicare, eósque purgare, Judic.6.32. Et quia heros hic fortissimus lucos, aras & idola Baalis excidit & destruxit, dictus fuit *Jerubáal*, hoc est, *contendet contra eum ipse Baal*. Sic enim Joas pater ejus contra plebem seditiosam argumentabatur : *Si Baal Deus est, contendet in eum qui diruit altare ejus. Atqui non contendit : Ergo non est Deus*, & proinde neci tradetur ille, qui ex vobis pro Baale contra Gedeonem filium meum contenderit.

Γέεννα ης ἡ, *gehenna*, nomen proprium Tartari seu Inferni, de quo vide supra p. 159.2.

Γεθσημανῆ, *Gethsemane*. Mat. 26.v.36. & Marc.14.32. Hebr. גַּיְא שְׁמָנִים, hoc est, *vallis pinguedinum*, hoc est, vallis pinguissima, fertilissima. ן forte est ex ך, nota Genitivi apud Syros, uti conjicit Drus. גַּיְא est nomen gen.masu. ipsa radix, *vallis*. שְׁמָנִים est plur.num.gen m. à singul. שֶׁמֶן *pinguedo*, nomen g. m. a radice שָׁמַן *saginari, impinguari*. Hinc videtur ortum vocabulum nobis Naffovicis usitatum, qui florem lactis nominare solemus **schmant**.

Γεννησαρὲτ, *Genneſaret*, nomen regionis in Galilæa, ἄλσος, attingens lacum illum qui mare Galilææ, item Tiberiadis vocatur. Syriacè legitur גַּנֵּסַר *Geneſar*, h.e. hortus principis. ex גַּן gan, h.e. *hortus* nomen, g.m. à radice גָּנַן ganán *protexit*, & Syriacè סַר *princeps*. Hebraicè שַׂר princeps, à radice שׂוּר *principatum tenere*. Dicitur etiam שָׂרֹד & שָׂרֵד in eadem significatione. Matth.14. 34. ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρὲτ. *venerunt in terram Geneſaret*. Luc.5.1. παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρὲτ, *apud lacum Genneſaret*. Mare Tiberiadis vocatur hic lacus. Lacus est, ex idio ismo Hebraico, mare parvum ; Oceanus verò mare magnum.

Γεργεσηνοὶ οἱ, *Gergeſeni*. Sic dicti à filio Canaan גִּרְגָּשִׁי *Girgaſchi*, de quo Gen.10.16. Videtur vox hæc composita ex גֵּר *peregrinus*, & נָגַשׁ *appropinquavit*: q.d. vicinus peregrinationis. Legitur tantùm semel in Novo Testam. Matth 8.28 ubi Gergeseni porcorum suorum damno perterriti, rogârunt) E S U M ut e finibus ipsorum migraret. Maluissent porcos suos retinere, qui erant Epicuri de grege porci, quàm mundi Servatorem. Et tale est hominum liberum arbitrium à lapsu.

Γολγοθᾶ, *Golgotha* nomen loci ἀκρωτήριον. Scribitur verò Γολγοθᾶ pro Γολγοθᾶλ posteriori λαμβδα expuncto propter euphoniam. Hebraicè גֻּלְגֹּלֶת *gylgóleth*

2 Reg. 9. 35. *cranium* **hein itrs ichal.** Græcè κρανίον ᾗ τὸ, pro κρανον ᾗ τὸ, *calva*, **das oberſt theil des h upts**, & hoc pro κάρηνον ᾗ τὸ, *caput*. Matth 27. ver. 33. τόπος Γολγοθᾶ, κρανίου, *locus calvariæ*, he. locus ubi ſunt multa crania, **ein ort da vil todenbein und todent opf ligen**. Johan. 19. ver. 17. ὃς λέγεται ἑβραϊστὶ Γολγοθά, qui locus Hebraicè dicitur *Golgotha*. Syriacè ܓܓܘܠܬܐ *gagultha*, more Græcorum, lambda unum omittentium. à radice גָּלַל *volvere*. In pihel duplicatum גִּלְגֵּל gilgel *continuè volutavit*. Jerem. 41, ver. 25. unde eſt גֻּלְגֹּלֶת, crania ergo ſic nominantur à rotunditate, παρὸς τὸ κυλίεσθαι apta. M. Lutherus eleganter vertit **ſchabelſtad**.

Γόμορρα ας ἡ, *Gomorrha*, nomen urbis πενταπολεως, ad orientalem plagam terræ Judæ ſitæ, horribili excidio ſpeculum factæ iræ divinæ. Hebraicè עֲמֹרָה *Hamora*. Syriacè ܥܡܘܪܐ *Hamura*. Græci ע Hebræum hic expreſſerunt per γαμμα. ut γαζα pro עַזָּה. Derivatur à radice עָמַר *himmer* in pihel *manipulos fecit*. עֹמֶר *manipulus*, hoc eſt, ſpicarum faſciculus, **ein hand voll eehrn.** (merges itis. gen. f. **ein garb.**) Amos 2. ver. 3. עָמֶר & עֲמָרָא Syrochaldaicè *lana*, Dan. 7. verſ 9. ab Hebræo צֶמֶר murato ץ in ע pro more illarum dialectorum. item עמה Arabicè & Syriacè idem eſt quod Hebræum ישב *habitavit*. unde eſt עוֹמְרָא *habitatio*, Actor. 17. item עֲמִירָא ſignificat etiam Syriacè *gramen*, Luc. 12. Ergo *Gomorrha* ſic dicta fuit, aut à copia frugum, aut à paſcuis optimis, aut à lanæ copia, aut quòd ibi optimè quis poſſet habitare, prout Lori judicium erat, Gen. 13. v. 10, 11. Alii vertunt *populum rebellem*, ex עם populus, & מָרָה rebellavit, ſed ſic medium מ per dageſch eſſet duplicatum. Etymologia quidem illa genti optimè congruit, ſed non ipſi voci. Rom. 9. 29. ὡς Γόμορρα, *ſicut Gomorrha*, 2 Pet. 2. v. 6. πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας, urbes Sodomæ & Gomorrhæ. Hinc eſt adjectivum Γομορραῖος ᾱ ον, pro Γομορρεῖος, *Gomorrhæus*. Matth. 10. 15. γῆ Σοδόμων καὶ Γομόρρων, *terra Sodomorum & Gomorrhæorum*.

Γώγ, *Gog*, nomen proprium regis. Apoc. 20. v. 8. Heb. גּוֹג *Ezech.* 38. v. 2. vertunt *tectum*, ab Hebr. גג.

Δαβὶδ ὁ, *David*, filius Iſai, nomen Regis & Prophetæ, ἀγαπητὸς. Heb. דָּוִד 1 Sam. 17. 11. 1 Chron. 2. 15. דָּוִיד. 1 Chro. 13. à radice דוד dodh *dilectus*. item valet quod *Eraſmus* à Græca voce ἐράω *diligo*. & quod Hebr. יְדִידְיָה Jedidjah, *amicus Dei*, vel *à Deo dilectus*. 1 Sam. 12. ver. 25. quo nomine Dominus per Nathanem Prophetam Solomonem honoravit. Actor. 2. 34. ὁ γὰρ Δαβὶδ οὐκ ἀνέβη

εἰς

οὐς ἔφαυδς, non enim David (corpore ſuo) aſcendit in cœlos. Matthæi 20. v. 30. ἐλέησον, ἡμᾶς Κύριε, Υἱὸς (pro Υἱὲ Attice) Δαβίδ, miſerere noſtri, Domine, Fili Davidis.

Δαλμανθὰ ἡ, *Dalmanútha.* nomen regionis in Judæâ, ἄκλιτον. Marc. 8. 10. Syr. דַּלְמָנוּתָא *Dalmanútha.* Alia exemplaria, uti Beza annotat, aliter legunt, ſed verſionem Syriacam quorundam amanuenſium σφάλματι præfero. vox compoſita ex דַּל dal, *pauper, exhauſtus,* à radice דָּלַל cognata תָּלָה *hauſit.* unde eſt דְּלִי *ſitula.* & מָנָה *portio aſſignata.* Syriacè מְנָתָא Pſalm. verſu 5. יְהוָה מְנַת חֶלְקִי Græci eleganter reddiderunt ὡρὶς τῆς κληρονομίας μου, *portio hæreditatis meæ,* à radice נָמָא *diſtribuit, numeravit.* Ergo *Dalmanútha* eſt *pauperis hæreditas,* ſeu *portio.*

Δαλματία ας ἡ, *Dalmatia,* nomen regionis ad mare Adriaticum, pars Pannoniæ, in quam Titus ad prædicandum Evangelium miſſus fuit, 2 Tim. 4. 10. Sic dicta à *Dalmino* metropoli.

Δάμαρις ιδος ἡ, *Damaris,* nomen mulieris, Act. 17. 34. affine Græco δάμαρ αρος ἡ, *uxor,* a verbo δαμάζω, *domo,* ſic dicta quòd ſit domita à ſuo domino. Huic opponitur ἴλαδ. γ. παρθένος ος ἡ, q. d. ἄδμης, ſeu ἀδάμας, *virgo intacta, indomita,* quæ nondum jugum thalami experta eſt. Et hinc videtur ἡ Δαμαρὶς dicta, q. d. *uxorcula, mulierecula.*

Δαμασκὸς οῦ ὁ, *Damaſcus,* Act. 22. 6. nomen urbis in Aſia, metropolis totius Syriæ, quæ nomen ſuum videtur accepiſſe à דַּמֶּשֶׂק *Dammeſek,* cujus fit mentio Gen. 15. 2. qui fuit filius *Eliezeri* præcipui ſervi in familia Abrahami.

Δανιὴλ ὁ, *Daniel,* nomen proprium prophetæ, ἄκλιτον, qui etiam ab Aulæ Babylonicæ præfecto dictus fuit בֵּלְטְשַׁאצַּר Beltſchatzar, Dan. 1. 7. Sept. Βαλτάσαρ. vertitur ab aliis *in abſcondito theſaurizans.* vox compoſita ex ב præpoſitione, *in,* & nomine לט *abſconſio,* à radice לוּט *abſcondit,* unde eſt בֶּלֶט *clam,* ſeu *occultè,* ſeu *cum occultatione.* Græcè λαθραῖα. שׁ eſt ex אֲצַר אָשַׁר verò ſignificat *theſaurizare,* unde eſt אוֹצָר *theſaurus.* Rectiùs tamen videtur hoc nomen explicari, ſi dicamus compoſitum ex בֵּל טְשׁ אוֹצָר, *Bel aſſervat theſaurum,* ſcilicet Babyloniæ. בֵּל fuit nomen idoli Babylonici, de quo Jerem. 50. 2. & 51. v. 44. contractum ex בַּעַל dominus, patronus. טְשָׁא vel טש Chaldaicè eſt *recondere, aſſervare.* Vide Gramm. Chald. Buxtorf. p. 304. Matth. 24. v. 15. τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιήλ. דָּנִיֵּאל vox compoſita ex דָּן ſeu דִּין quod eſt ex דון *judicare,* & אֵל *Deus,*

Deus, q.d. *judex Dei*. דַּיָּן *judex*. Psal.68.6.

Δεκάπολις ιος ἡ, *Decapolis*, Matth.4.25. & Marc 5.20. nomen proprium regionis, in qua fuerunt *decem urbes*, trans Jordanem ad orientem Judææ sitæ. vox est composita ex δέκα & πόλις.

Δέρβη ης ἡ, *Derbe*, Actor. 14. 6. nomen proprium civitatis Lycaoniæ sive Isauriæ, ut Strabo scribit lib.12. Alii vocant castellum Isauriæ. Hinc Δερβαῖος *Derbæus*, Actor.20. v.4. à radice inusitata דרב est nomen דֶּרֶבֶן *stimulus*, & *aculeus*, **Rachel**. quod aliquam habet cognationem cum nomine hujus urbis, quæ etiam dicebatur *Delbia*. Δέλβια, hoc est, ἀκάνθος *juniperus*, in Lycaonum lingua, teste Stephano.

Δημήτηρ ερος ἡ, *Demetrius*, hoc est, cerealis. derivatur à Δημήτηρ ερος, & contracte Δήμητρος ἡ, *Ceres* dicta q. γῆ μήτηρ, *terra mater*, quâ voce Ethnici frugum deam vocitarunt, honorem soli Deo debitum fictitiis istiusmodi idolis adscribentes, Actor. 19.24.

Δημᾶς ᾶ ὁ, *Demas*, nomen proprium viri, Col. 4 14. 2 Tim.4. v.10. à δῆμος ου ὁ, populus, q.d. *popularis*, seu *plebeius*. vel à Syriacâ voce ܕܡܐ pro ܕܡ *sanguis*. in plurali ܕܡܝܢ significat inter alia pecunias: unde proverbium Rabbinicum:

מִי שֶׁאֵין לוֹ דָּמִים לֹא יַעֲסוֹק בְּשׁוּק׃

hoc est, *Cui non est pecunia, nè stet in foro.*

Δίδυμος ου ὁ *Didymus*, h.e. geminus vel gemellus. Sic dictus fuit Græcè Apostolus Thomas, Heb. תְּאוֹם in plur. תְּאוֹמִים *gemelli*. Radix est תאם.

Διονύσιος ου ὁ, *Dionysius*, q.d. Bacchicus: nomen proprium viri, à Græca voce Διόνυσος ου ὁ, *Bacchus*. A poëtis metri causâ vocatur etiam Διώνυσος, & Διώνυσος. Ita dictus fertur à *Dia* insula una è Cycladibus, quæ illi, post ductam Ariadnam, con secrata fuit, & à Nysa civitate, in qua regnavit. Act.17.34.

Διοπετὲς ές τὸ, scil. εἴδωλον, h.e. Jovis simulacrum è cœlo delapsum, Actor.19.34. compositum ex Ζεύς, in Genit. Διός, & verbo obsoleto πίπτω, pro quo usitatum est πίπτω.

Διόσκουροι ων οἱ, *Dioscuri*, h. e. Jovis filii, ex Διός pro κόρος *juvenculus*, & Διὸς à Ζεύς *Jupiter*, Act.28.11.

Διοτρεφὴς ές ὁ, *Diotrephes*, nomen proprium viri, componitur ex Ζεύς & τρέφω *nutrio*, q.d. à Jove nutritus. 3 Joh. v.9. ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς, sed qui primatum inter eos ambit, Diotrephes.

Δορκὰς άδος ἡ, *Dorcas*, nomen proprium mulieris eleemosynis claræ, quam Petrus virtute Christi à mortuis excitavit, Act.9.36. Estque Græcum origine, & significat *capream silvestrem*. Vide infrà Ταβιθά.

Δρούσιλλα ης ἡ, *Drusilla*, uxor Felicis præsidis Judææ. Act. 24. 25.

ex

ex δεῦσις ὑ, ros; unde est δεύσοιζω, rore conspergo: & ἰλλω ὑ, oculus. unde est ἴλλω, oculis conniveo, q.d. cujus oculus lacrymatur, seu rore conspersa.

Ἔβερ ὁ, *Hebr.* ἄχλιστος, Luc. 5. v. 35. Hebr. עֵבֶר filius Salæ, de quo Gen. 10.23. Hinc est patronymicum עִבְרִי *Hebræus*, q. Hebræus, ex familia Heberi ortus, quo nomine Abrahamus primùm à Chananæis fuit appellatus, Gen. 14. 13. Mansit hoc nomen in Abrahami posteris, Gen. 39. 14. 15. usque ad Israëlem, unde dicti fuere *Israelitæ*, & tandem sciſſo regno post Salomonem, à tribu Juda Judæi fuerunt nominati. vide R. Abeo. Esa. Exod. 21 2 Sept. interp. Gen. 14. 13. vertunt Ἀβραὰμ τὸν περάτην, *transitori*, secuti opinionem, quâ Abraham existimatur ita appellatus à עֵבֶר *trans*, & עָבַר *transivit*; quòd trans Euphratem in Mesopotamia habitaverit, & inde in terram Chanaan transierit. Hinc formatur Ἑβραϊκὸς Luc. 23. 38. Ἑβραΐς ἰδὼ ὑ, *Hebræa*. Act. 21. 40. & 22. 2. & 26. 14. τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, lingua Hebræa. Ἑβραϊστὶ, Hebraicè Joh. 19. ver. 20. itémque Syriacè. Johan. 5. 2. & 19. 13, 17. Videmus etiam in hoc nomine ע Hebræum redditum fuisse per spiritum asperum.

Ἐζεκίας ὁ, *Ezechias*, nomen Regis Judæ, Matth. 1. v. 9. Hebr. חִזְקִיָּהוּ *chiskijahu*, qui DOMINUM apprehendit. ex חָזַק apprehendit, & יָהוּ pro יְהוָה, quod est Dei nomen proprium, hoc est, *adhærens* Domino. חָזָק etiam significat *fortem esse*. unde quidam vertunt, *fortem à* DOMINO. Scil. ille solus fortis est & vivit, qui Deo adhæret fide. Roman. 1. 17. Justus enim ex fide vivit, vel (quod mâlim) *fortitudo mea est* DOMINUS. חִזְקִי fortitudo mea. *jod* sic est affixum ex אֲנִי ego. vox separata חָזָק *robur*, à rad. חָזַק. Sensus est idem.

Ἐλαμίτης, ου ὁ, *Elamita*, nomen gentis ab עֵילָם *Elam*, Isa. 21. v. 2. quæ fuit regio Persidis, à radice עָלַם in niphal *latuavit, occultus, abstrusus fuit*. in hiphil *abdidit, celavit*, Act. 2 9.

Ἐλιέζερ ὁ, *Eleazar*, nomen proprium viri ἀχλίστου. אֱלִיעֶזֶר Eliézer *Dei auxilium*, vel potiùs *Deus auxilii*, vel *à Deo auxilium*. q. d. *Dei mei auxilium*, ex Exod. 18. v. 4. Luc. 3. ver. 29. ex אֵל *Deus*, & עֵזֶר *auxilium*. Mat. 1. v. 15.

Ἐλιακεὶμ ὁ, *Eliakim*, nomen proprium viri, Matth. 1. 13. Luc. 3. 30. q. d. Deus stabiliet, restituet. אֵל יָקִים. Est verò יָקִים 3. pers. fut. hiphel. g. m sing. num. à radice קוּם *surgere*, 1 Reg. 18. 18.

Ἐλιέζερ ὁ, *Eliezer*, nomen proprium viri indeclinabile, originè Hebræum אֱלִיעֶזֶר, ex אֵל *Deus*, & עֵזֶר *auxilium*, q. d. *à Deo auxilium*. Luc. 3. 29.

Ἐλιοὴδ ὁ, *Eliud*, nomen proprium

um viri indeclinabile. *laus Dei.* ex אֵל *Deus*, & הוֹד *decus, gloria, laus*, Matth. 1. 14.

Ἐλισάβετ ἡ, *Elizabet.* nomen proprium indeclinabile uxoris Zachariæ, matris Johannis. Sic quoque dicta fuit uxor Aharonis, Exod. 6. v. 24. אֱלִישֶׁבַע *Eliſchebah*, h. e. *Deus juravit.* ex אֵל *Deus*, & שָׁבַע, in niphal *juravit.*

Ἐλισσαῖος ου ὁ, *Eliſæus.* nomen proprium prophetæ, 1 Reg. 19. 16 אֱלִישָׁע *à Deo ſalus.* ex אֵל & יֶשַׁע *ſalus*, Luc. 4. 27.

Ἑλλὰς άδος ἡ, *Græcia.* Act. 20. nomen regionis: uſurpatur etiam *adjectivè*, Herod. l. 1. ἑλλὰς χώρα. Derivari videtur à Græco verbo ἐλλάω, h. e. Heſychio interprete, à *prohibendo.* Eſt enim regio ex fluminum & marium multitudine munitiſſima, à qua hoſtes facilè propulſari poſſunt. Naralis Comes in Mythologia ſua pag. 314. tradit, Promethenm genuiſſe *Hellenem* à Pyrrha, à quo deinde dicti fuerint *Græci* Latinè dicitur Græcia, quod vocabulum affine eſt Græco γηράω, *ſeno*; unde γραῦς, *anus*, γηραιὸς ᾶ ὸ, *anilis*, *ſenio confectus.* Sed veritas petenda eſt ab Hebræis. Græcus ab Hebræis vocatur יוָנִי *Javani*, ab Hebraico יָוָן *Jâvan*, qui fuit filius tertius *Iapheti*, Geneſ. 20. ver. 2. à quo terra quam incoluit primùm dicta fuit *Jonia.* Jones verò fuere Græci Javani nomen hoc inditum fuit à luto. יָוָן *Javen* enim *cœnum* ſeu *lutum* ſignificat. Sic pius pater eum appellavit, ut hoc nomine admoneretur de humilitate. *Cuncti* enim facti ſumus, vel (ſicut apud Jobum cap. 33. ver. 8. Elihu loquitur) *deciſi ſumus è luto*, & tandem in lutum revertimur, Gen. 3. Eccleſ. 12. vide plura ſuprà in appellativis ἕλλην.

Ἐλμωδὰμ ὁ, *Elmodam.* nomen proprium viri ἀγλαιτου. Luc. 3. 28. pro quo in quodam veteri codice legitur Ἐλμωδὰδ אלמודד q. d. *Deus menſurat.* compoſitum ex אֵל *Deus*, & radice מָדַד *menſus eſt.*

Ἐλύμας α ὁ, *Elymas*, h. e. ipſo Lucâ interprete, Actor. 13. 8. *magus.* Th. E. videtur compoſitum ex אֵל *Deus*, & יוּעָץ *conſiliarius*, q. d. conſiliarius Dei. Verior notatio videtur illorum, qui derivant ab Arab. עלים *ſapiens*, à rad. עלם Heb. *latere*, Arabicè *ſcire.*

Ἐλωΐ *Deus mi*, Marc. 15. 34. אֵלִי ab אֱלָהּ. vide infrà Θεός.

Ἐμμανουὴλ ὁ, *Emmanuel.* nomen proprium Servatoris ἀγλαιτου, origine Hebræum עִמָּנוּאֵל compoſitum ex præpoſitione עִם *cũ*, pronomine אָנוּ *nos*, & nomine אֵל Deus, quod eſt ex radice אוּל, unde eſt אַיִל *potentia.* Matth. 1. v. 23. quo nomine myſterium ἀῤῥητου unionis perſonalis indicatur. Nomen ergo hoc ineptè (nè quid gravius dicam) hodie aliis nudis imponitur hominibus.

Ἐμμαοὺς

Ἐμμαοὺς ἡ, nomen proprium viri ἄκλιτον, Hierosolymis distantis stadiis 60. Luc. 24. 13. videtur derivari à voce מָעוֹז quæ *arcem* seu *propugnaculum* significat, à radice עָזַז in principio est heemanticum.

Ἐμμὲρ ὁ, *Emmor*, nomen viri ἄκλιτον. Actor. 7. 16. Hebræum origine חֲמֹר à radice חָמַר *turbari, lutosum esse vel fieri*, unde חֹמֶר *lutum*.

Ἐνὼς ὁ, nomen viri ἄκλιτον. origine Hebræum אֱנוֹשׁ *homo*: à radice אָנַשׁ *ægritudine affici*. Luc. 3. ver. 38. Est enim homo infirmus, & pluribus obnoxius morbis, quàm vel ipsi cognoverunt medici.

Ἐνὼχ ὁ, *Enochus*, nomen viri Heb. 11. 5. חֲנוֹךְ Hebraicè Gen. 5 v. 25. à radice חָנַךְ *initiavit, dedicavit, instruxit*. Dicitur ergo *Enochus*, q. dedicatus & consecratus Deo. Judæ 14. ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ. Ἐνὼχ, septimus ab Adamo Enochus.

Ἐπαινέτος ου ὁ, nomen viri, *laudabilis*, ab ἐπαινέω *laudo*. Rom. 16. v. 5. Thema est αἶνος. vide suprà in appellativis.

Ἐπαφρᾶς ᾶ ὁ, nomen viri, ex ἐπὶ & ἀφρὸς ου ὁ, *spuma*, q. d. *super* quo spuma est. Coloss. 1. 7. Philem. 13.

Ἐπαφρόδιτος ου ὁ, *Epaphroditus*. nomen viri, & significat *venustum*; compositum ex ἐπὶ & ἀφροδίτη ης ἡ, *Venus*, sic dicta ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, à spuma, ut Arist. tradit, quòd feminis natura sit ἀφρώδης h. e. spumosa, Phil. 2. 25. & 4. 18.

Ἐπικούρειος ου ὁ, *Epicureus*, ει in penultima syllaba mutatur non in æ, sed in ē longum. Secta Epicureorum sic dicta fuit ab authore, nempe Epicuro, de qua voce lege in appellativis ἐπίκουρος, h. e. *auxiliator*, Act. 17. 18.

Ἔραστος ου ὁ, *Erastus*, Act. 19. 22. Rom. 26. 23. 2 Tim. 4. 1 o. Nomen viri Græcum, à verbo ἐράω *amo*, unde est ἐραστὸς *amabilis*: in nomine proprio accētus retrahitur differentiæ causâ.

Ἑρμῆς (Doricè ἑρμᾶς) pro Ἑρμέας. in Gen. Ἑρμῶ. ab εἴρω *nuntio*, q. εἵρμαι, & per pleonasmum τὸ Ἑρμέας, *Mercurius*, Actor. 14. 12. τὸ Παῦλον Ἑρμῆν, Paulum verò nominabant Mercurium. Pro Ἑρμῆς dicitur etiam Ἑρμᾶς ᾶ ὁ, Rom. 16. 14.

Ἑρμογένης ους ὁ, nomen viri, q. d. ἐx *Mercurio genitus*. 2 Tim. 1. v. 15.

Ἐσλὶ ὁ, nomen viri ἄκλιτον. Luc. 3. 23. ab אֶצְבַּע *axilla*, & in pl. n. *principes, magnates, proceres*, q. d *principes meos*.

Ἐσρὼμ ὁ *Esrom*. Matth. 1. 3. nomen viri ἄκλιτον, filius Judæ, 1. Chron. 4. 1. Hebraicum origine חֶצְרוֹן *chetzrón*. Græci pro ον posuerūt ωμ. componitur ex חֵץ sagitta, à radice חָצַץ, & רוֹן hoc est, *exultatio*, à radice רָנַן *cecinit, cantillavit*: vel derivatur à חָצִיר *gramen*, & Nun in fine est heemanticum, sicut in voce שִׁלֹחַ.

Εὔα ης ἡ, *Eva*, nomen proprium

um primæ mulieris, communis noſtræ omnium parentis. Hebr. origine חַוָּה *Chava* ſic appellata. בְּיַהְוִיחָה הִוא אֵם כָּל־חָי. quòd mater fuerit omnium viventium. & derivatur à radice חָיָה vixit. in phiel חִיָּה *vivificavit*. Dicitur verò חַוָּה pro חַיָּה, mutato *jod* in *vau*. 2 Cor. 11. v. 3. ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν *ſerpens Evam decepit*. Hic mutatur accentus nominativi præter morem. Rabbini illi ineptiunt, qui à חִוָּה *indicavit*, vocem hanc derivant, quòd mulier ad indicandum, deferendum, & loquendum ſit pronior. Nam habemus hìc ſcripturam ipſam, omni exceptione majorem, interpretem. Gen. 2. 20.

Εὐβουλος ου ὁ, *Eubulus*, nomen viri, origine Græcum, compoſitum ex εὖ *bene*, & βουλὴ *conſilium*, q. d. prudens, bene conſulens, 2 Tim. 4. 21.

Εὐνίκη ης ἡ, *Eunice*, h. e. bona victoria, ex εὖ *bene*, & νίκη *victoria*. Fuit mater Timothei. 2 Tim. 1. 5. vel potiùs ex εὖ & νεῖκος ους τὸ, *contentio, furgium, bellum*. νεῖκος ex νέω & νίκω, hoc eſt, non cedo. εὐνείκη ergo ſignificat, *non abſre expoſtulantem*.

Εὐοδία ας ἡ, *Euodia*, nomen mulieris. ex εὖ & ὁδὸς οῦ ἡ, *via*, q. d. ἡ εὖ πράττουσα, *proſperè agens*, **Gott wolgehet**. Philip. 4. 2. Alii ſcribunt ἐυωδίαν, quæ vox ſignificat *bonum odorem*. ſeu *bonam fragrantiam*, & appellativè legitur 2 Cor. 2. 15.

Εὔτυχος ου ὁ, *Eutichus*, hoc eſt, felix, proſper, fortunatus, ex εὖ & τύχη *fortuna*. Fuit nomen adoleſcentis quem Apoſtolus Paulus virtute Chriſti ex mortuis excitavit, *Act.* 20. 9.

Ἔφεσος ου ἡ, *Epheſus*, minoris Aſiæ metropolis. 1 Corin. 16. 8. Actor. 11 21. Derivatur à Græco verbo ἐφίεμαι, *peto, deſidero, cupio, appeto*. ἐφιέσθαι ἀρετῆς, *virtutis eſſe ſtudioſum*. ἔφεσις εως ἡ, *appetitus, deſiderium*. idem *appellatio*, ſeu provocatio à judicio inferiori ad ſuperius. ἐφέσιος ου ὁ, ἡ, causa quæ poſt appellationem agitur. Suprema curia ſolet eſſe in metropoli, unde fortè urbs hæc nomen accepit. *Genit.* ἐφέσου, Act. 18. 21. *Dat.* ἐφέσῳ, 1 Cor. 16. 8. *Accuſ.* ἔφεσον, Act. 18. 19. Hinc derivatur Ἐφεσῖνος η ον, *Epheſinus a um*. Apoc. 2. 1. Ἐφέσιος ία ιον, *Epheſienſis*, vel *Epheſius*, Act. 11 34.

Ἐφραΐμ ης, vide ſuprà Βηθλεέμ.

Ἐφραείμ ὁ, nomen proprium viri, filii ſecundi Joſephi Hebr. אֶפְרַיִם cujus notationem reddidit ipſe Joſephus pater, Gen. 41. 52. ubi ait, כִּי הִפְרַנִי אֱלֹהִים quia me fructuoſu reddidit Deus. Eſt etiam nomen urbis. Joh. 11. 54. εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν. Metatheſis, pro εἰς πόλιν τὴν λεγομένην Ἐφραείμ.

Ζαβουλών, *Zabulon*, Decimus filius Jacobi, & ſextus Leæ, ſic à matre Lea nominatus fuit. Gen. 30. ver. 20. Hebraicè זְבוּלֻן. Eſt ergo nomen hujus patriarchæ originè Hebræum זָבַל, à radice

radice זָבַל *habitavit*. Lea enim partu hujus sui filii lætior facta & animosior dixit:

הַפָּעַם יִזְבְּלֵנִי אִישִׁי כִּי יָלַדְתִּי לוֹ שִׁשָּׁה בָנִים וַיִּקְרָא אֶת שְׁמוֹ זְבֻלוּן:

Nunc tandem cohabitabit mecum vir meus, quia peperi ei sex filios: idcirco vocavit nomen ejus Zebulunem hoc est, filium *cohabitationis*, id est, qui amorem mariti mihi conciliabit. Nun in fine est heemanticum, Matth 4.13,15.

Ζαρᾶ ὁ, nomen viri ἀκλ. τοῦ, qui fuit filius Judæ ex Thamar. Gen. 38.30. Hebr. זֶרַח hoc est, *ortus* **aufgang.** à radice זָרַח *ortus fuit*. 2 Sam.23.4. יִזְרַח שֶׁמֶשׁ *orietur sol*, Matth.1.3.

Ζακχαῖος ου ὁ, *Zacchæus*, nomen viri, Luc.19 ver.2. Syriacè זַכַּי, hoc est, *justus*. à radice Syriaca זְכָא *mundavit, justificavit.* זְכָאִי & זַכָּאָה *innocens, justus.* Hebraicè זָכָה & זָכַךְ *purus fuit.* Nomen ergo à justitia & innocentia habet, Lucæ 19. 2.

Ζαχαρίας ου ὁ, *Zacharias*, nomen proprium prophetæ. Luc. 11.51 & sacerdotis. Luc.1.13. Hebraicè זְכַרְיָה Secharja, hoc est, *memoria Domini.* compositum ex זֵכֶר *memoria*, & יָהּ, quæ vox de solo Deo dicitur. Matth. 23. ver. 35.

Ζεβεδαῖος ου ὁ, *Zebedæus*. nomen viri, qui fuit pater Johannis & Jacobi Apostolorum. Matthæi 4.21. Syriacè זַבְדַּי Sabhdai, à radice זָבַד Zabhad, hoc est, *donavit, dotavit.* זֵבֶד *dos.* Zebedæus ergo idem quod *dotatus*, vel *munificus.*

Ζεύς Διός, *Jupiter.* Æolicè Δεύς δεύς ὁ, nomen proprium dei fictitii, seu *idoli* inter Gentiles. Sic dictus à ζέω *ferveo*, Act. 14. 12. Alii derivant à Διύω, *irrigo.* Et calor & irrigatio sunt à cœlo. Alii ἀπὸ τοῦ ζῆν, à vivendo. Lactantius lib. 1. c. 11. sic dictum tradit, quòd primus in vivis manserit ex filiis Saturni, quem Eustathius vocat Παιδοφθόρον. Vide Eustath. in ὀδυσσ. fol. v. 762.

Ζηνᾶς ᾶ ὁ, *Zenas*, nomen jurisperiti. Tit. 3. 13 à Græco Ζεύς Ζηνὸς, *Jupiter.* qui sic dictus fuit ab Ethnicis, ἀπὸ τοῦ ζῆν à vivendo. Zenas ergo idem est quod *Jovius.*

Ζοροβάβελ ὁ, *Zorobábel*, nomen principis Hebræum זְרֻבָּבֶל compositum ex זָר *dispersus*, seu *peregrinus* & בָּבֶל, quod est nomen urbis, q.d. exulans in regno urbis, q.d. exulans in regno Babyloniæ. Hieronym. componit ex זֶה *iste* רַב *princeps*, בָּבֶל *Babylonis.* Rectiùs tamen videtur derivari à זָרַע pro זָרוּעַ *satus*, & בָּבֶל *Babylone.*

Ἡλεί, *Heli*, nomen viri ἀκλ. τοῦ, *ascensus*. à radice עָלָה *ascendit.* Luc. 3. 6.

Ἠλίας ου ὁ, *Elias*, nomen prophetæ, 1 Reg. 17. 1. אֵלִיָּהוּ *Elijáhu*, compositum ex אֵלִי *Deus meus*, & יָהּ *Dominus.* Matth. 11. v. 14.

v.14. Promisit Deus. Malach. 3. v. 23. se ante adventum Messiæ missurum Elijam, hoc est Johannem Messiæ prodromum, Eliæ Thesbitæ vocatione, spiritu, zelo, & vitâ simillimum, sicut hæc exponit angelus, Luc. 1. v.17. & ipse CHRISTUS, Matth. 11. v.14 & 17.12,13. Ineptiunt ergo, nè quid gravius dicam, qui verba Malachiæ κατὰ τὸ ῥητὸν, & ἀνακολούθως, intelligenda esse contendunt.

Ἥρ ὁ, *Eyrus*, nomen viri ἄκλητον, Heb. עֵר *vigilans*, acris & excitatus ad obeundum munus suum. Malach. 2.v.12. Luc. 3.28.

Ἡρῴδης ου ὁ, *Herodes*. Nomen proprium præfidis Galilææ, Luc. 3. 1. à Romanis constituti, Mat. 2. v.19. Syriacè הֲרוֹדֵס Haraudes. Ineptè alii vocem hanc compositam esse aiunt ex הֹר *mons*, & Syriaco יוֹד, quod idem est cum Hebr. הוֹד laus, q.d. *mons arrogantiæ*. Constat enim inter omnes, filiis recens natis hujusmodi indi nomina, quibus illis optima quæque precemur. Fateor me nihil certi hic habere. Fortassis sic dictus fuit a voce ἥρως ἥρωος ἥρωι. unde Ἡρῴδης, & contractè, Ἡρώδης, *heroe natus*, vel quasi הֲרוֹדֵה *dominans*, à רָדָה.

Ἡρῳδιὰς ἀδος ἡ, *Herodias, adis*, Herodis concubina. uxor quidem Philippi, qui Herodis frater fuit, ab Herode vero rapta ad illicitum concubitum. Matth. 14. ver.3. Luc.3. ver.19. Ἡρῳδιανοὶ οἱ, *ministri Herodis*, Matth.22. v.16.

Ἡρῳδίων ωνος ὁ, *Herodion*, Nomen proprium viri qui fuit Pauli cognatus. Roman. 16. 11. vox videtur composita ex Ἥρα *Juno*, & ᾠδὴ *cantus*, q. d. *Junonis cantus*. Ἥρα sic dictam putat Plato in Cratylo, ὡς ἐρατὴν οὖσαν. Ponitur quandoque pro aëre, unde & vox, factâ literarum metathesi, videtur ἦρα ἀέρ vel dicitur q. ἤρως ὤν, hoc est, *heros expellens & profligans*, scilicet hostes.

Ἡσαΐας ου ὁ, *Esaias*. nomen prophetæ. Hebraicè יְשַׁעְיָהוּ *Jeschajahu*, compositum ex יֶשַׁע *salus*, & יהוה *Dominus*, q. d. *Dominus salutis*, vel *salus à domino*, nempe salus nostra est a solo Deo, qui fons est omnis boni. Matth. 15. v.7. καλῶς ἐπροφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, *bene prophetavit de vobis Esaias*. Luc.4.17. Βιβλίον Ἡσαΐου, *Librum Esaiæ*. Actor. 8. v.28. ἀνεγίνωσκε τὸν Ἡσαΐαν, *legebat Esaiam*.

Ἡσαῦ ὁ, *Esau*. Nomen viri indeclinabile, origine Hebræum עֵשָׂו Genes.25. v.25. qui etiam אֱדוֹם *Edom*, hoc est, *rufus* dicitur. Gen.36. 1. à pulte rufa, seu à jusculo lentium rufo, quo homo gulæ deditus jus primogeniti imprudentissimè permutavit, ut liquet ex Gen. 25.v.30. Non verò à rufo corporis colore : quamvis haud diffitear, eum in lucem hanc prodiisse rubicundum אַדְמֹנִי Gen. 25. 25. Rădix hujus vocis est אָדַם *rubuit* עָשָׂו verò dicitur. q. d. *factus* seu *perfectus*. Editus enim in lucem fuit non ut

ut tener infans, ſed ut adultus & piloſus vel uti textus habet, *ſimilis togæ villoſæ*: à radice עָשָׂה *fecit.*

Θαδδαῖος ου ὁ, *Thaddæus*, Matth. 10. v. 3. Vide infrà Λεββαῖος.

Θάμαρ ἡ, *Thamar*, nomen mulieris qui fuit nurus Iudæ, ἄκλιτον. Gen. 38. 13. תָּמָר *palma*. Dicta fuit palma à ſimili. Pſal. 92. v. 13. צַדִּיק כַּתָּמָר יִפְרָח: *juſtus ceu palma floebit.* Matth. 1. 3. & Zaram è Thamar, *ſcil. Iudas genuit.*

Θάρα ὁ, *Thara*, nomen viri ἄκλιτον· qui fuit filius Nachoris, Gen. 11 24. Hebraicè תֶּרַח, & cum accentu regio diſtinguente תָּרַח, à radice inuſitata תרח *tarách*, cujus ſignificatio me latet. Alii vertunt *odorans*, vel *ſpirans*; à radice רוח vel ריח.

ΘΕΟΣ ου ὁ, vide ſuprà in appellativis Θεός, (p. 355. 2.) Latinè *Deus*, quod nomen Latinum videtur fluxiſſe ab Æolico Δεύς, pro Ζεύς, quod eſt à ζάω *vivo*, licet Latinè ſaniori accipiatur à nobis ſenſu, non pro idolo illo, quem *Jovem* Gentes nominârunt, ſed pro vero Deo, qualem ſe in ſacra ſcriptura patefecit, nempe pro PATRE, FILIO, & SPIRITU SANCTO. DEUS in Hebræa lingua decem nominibus ſeipſum nominavit, quorum tria dicuntur ab ESSE, ut אֶהְיֶה יְהוָה יֶהִי. Tria à POSSE, ut אֵל אֱלֹהִים אֱלֹהֵי Tria à PRÆESSE, ut אֲדֹנָי שַׁדַּי יְהוָה צְבָאוֹת. Unum ab EMINERE, ut עֶלְיוֹן.

Singula quàm breviſſimè Grammaticè reſolvemus.

יְהוָה Jeho-va DOMINUS, à radice הָיָה quæ eadem eſt cum הוה *fuit*. Jod in principio eſt ex literis איתן *Ethan*, ſicut Grammatici vocant, ſed ſubjiciuntur puncta non ſemper eadem. Frequentiſſimè verò puncta ex nomine divino אֲדֹנָי *Adonai*, ratiùs ex nomine אֱלֹהִים *Elohim*. (Et tertiam perſonam futuri pro nomine proprio poni nihil eſt novi. Vide infrà Ἰησοῦς, Ἰεφθαέ, Ἰωὴλ, וַסָּפ, &c.) Neque in lingua ſancta novum eſt, unum & eandem vocem aliter legi juxta *puncta*, & aliter juxta *literas*. Eſſe hoc nomen divinum יהוה proprium, & quidem κυριώτατον, inter multa alia inde licet colligere, quòd nunquam legatur cum affixo.

יְהִי videtur contractum ex nomine יְהוָה.

אֶהְיֶה *ero* eſt 1. perſ. fut. Kal. à radice הָיָה *fuit*. Græci interpretes verba DEI ad Moſen Exod. 3. verſ. 14. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה verterunt, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, hoc eſt, *ego ſum ille* ENS. Et Johannes Evangeliſta Hebr. מִיהוָה ſic vertit. Apoc. 1. ver. 4.

ἐκ τοῦ ὢν, à qui Es T. Ratio horum etymorum est, (1) Quòd solus Deus semper fuit, sit, & futurus sit, Apoc. 1. 8. (2) Quòd is solus necessariò sit, hoc est, quòd ita sit, ut non possit non esse, Malach. 3. v. 6. (3) Quòd omnes creaturæ suum *esse* à Deo habeant. (4) Quòd omnes res non tantùm à Deo sint conditæ, sed etiam per eundem conserventur, adeo ut sine eo nè ad momentum quidem superesse possint. Psalm. 104. 29. Johan. 12. 7. Actor. 17. 28. *omnes in eo sumus, vivimus, & movemur.* (5) Quòd omnia sint propter ipsum. Proverb. 16. 4. *Deus omnes fecit propter se.* (6) Quòd *omnes promissiones in eo sint etiam & amen.* 2 Corin. 1. 20. sicut Deus ipse interpretatur Exod. 6. v. 2. Job. 34. v. 34. 35. (7) Quòd electos suos ex morte peccatorum excitet, eósque verâ vitâ donet. Rom. 1. 17. Rom. 11. 36. *Ex eo, & per eum, & in eum sunt omnia, ipsi sit gloria in secula.*

אֵל El, h.e. *potens fortis*, à radice inusitata אִיל, unde אֵילוּת ejaʻlúth, *virtus, fortitudo*, Psalm. 22, 20.

אֱלוֹהַּ Eloáh, in plur. numero אֱלֹהִים, quæ vox, etsi sit pluralis numeri, in novo tamen Testamento, quoties de Deo dicitur, singulariter redditur. à radice אָלָה hoc est, *exeratus est*, quòd solus Deus possit maledicere & benedicere. Quicquid virium nobis inest, ab ipso accepimus, 1 Cor. 4. v. 7. *Quid habes, quod non acceperis?* vel potiùs ab אלה Arabicè *colo, veneror*, quòd Deus à nobis sit uniceè & summè colendus, quippe, à quo, per quem, & propter quem conditi sumus: & à quo, ceu scaturigine omnis boni, habemus quæ habemus: & porrò accipiemus quibus opus erit.

אֲדֹנָי Ado-nái, Psalm. 2. v. 4. *sustentator*, cum kamets in fine. à radice אָדֶן é-den, *fulcrum, basis*; ad differentiam אֲדֹנָי, quæ vox de hominibus dicitur, Gen. 19. ver. 2. Hic est Rex noster, qui nos regit & sustentat, sine quo nè pulvis quidem & umbra sumus. Quanti quanti sumus, ab eo sumus, & ab ipso consequimur hanc gratiam, ut porrò simus. Nec ullum est facinus tam tetrum, tam horribile, in quod non quilibet, sibi relictus, Deo manum suam subtrahente, prolabatur.

שַׁדַּי Schad-dái, Gen. 28. 3. *omnipotens*, à radice שָׁדַד *vastavit*. Quâ enim potentiâ Deus omnia creavit, eâdem omnia vastare & in nihilum redigere potest. Alii componunt ex שׁ & אֲשֶׁר & דַּי *sufficientia*, quòd solus Deus sit αὐτάρκης, sibi sufficiens Act 17. 25, οὐδὲ θεραπεύεται ὑπ' ἀνθρώπων τινος, nec ullâ re indigens. Omnes creaturæ ex hoc inexhausto fonte habent quicquid boni habent, 2 Cor. 3. 5.

עֶלְיוֹן Hel-jón, Ps. 73. 11. Gen. 14. 18. h.e. *excelsus, altissimus*, à radice עָלָה *ascendit*.

Nil

Nil ita ſublime eſt, ſupráque pericula tendit,
Non ſit ut inferius, ſuppoſitúmque Deo.

Solus Deus eſt Rex regum, & Dominus dominantium. Huic omnes principes hujus mundi (quos paratiti multi ut deaſtros, & omni lege ſolutos, adorant) tandem aliquando de adminiſtrato officio reddituri ſunt rationem. Non enim ſunt domini gladii quem à Domino acceperunt, ſed tantùm miniſtri ejus, Rom. 13. v. 4. Hic Dominus potentes detrahit de ſolio, Luc. 1. 52 & tenues ex ſterquilinio evehit, Pſal. 113. 7. ſuperborum domum demolitur, Prov. 14. 11. ut & ipſi agnoſcant ſe pulverem eſſe, & ſolum Deum eſſe Exelſum, Dan. 4. v. 32. 34. 37. vel planè perdantur, Eſth. 7. 9.

יְהוָה צְבָאוֹת Σαβαὼθ, Roman. 9. v. 29. Hebraicè צְבָאוֹת *exercitum.* Κύριος Σαβαὼθ, h. e. Κύριος ὁ στρατοπέδων, vel Κύριος ὁ δυνάμεων, item Κύριος παντοκράτωρ, ſicut Græci verterunt Pſalm. 24. verſ. 10. Jerem. 11. ver. 20 Hagg. 1. 2. 9. Quoties legitur יְהוָה צְבָאוֹת: eſt ellipſis nominis אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, pro יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, prout plenè hæc leguntur Num. 21. 14. 1 Chron. 11. v. 6. Pſalm. 84. v. 9. & 80. ver. 9. &c. Quum enim יהוה ſit nomen Dei proprium, nunquam legitur in ſtatu conſtructo, ita ut ultima litera mutetur, vel ut admittat affixum, vel ut ei ה articulus præponatur. Epitheto hoc ſumma Dei indicatur potentia, ad cujus nutum omnes creaturæ ſunt paratiſſimæ.

Pſal. 80. --*Quem ſiderei tremit omnis Olympi*
Cœtus, & attoniti ſubmiſſâ mente tyranni.
Qui maris iràti furias compeſcit, & undæ
Dejecti inſanæ tumidos ad ſidera fluctus.
Qui Pharon elatum letali vulnere ſtravit, &c.

Pſalm. 119. 91. ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σοί, quia omnia tibi ancillantur. Eſt verò צְבָאוֹת nomen plur. num. gen. f. à ſingulari צָבָא *exercitus*: à radice צָבָא *militavit.* plurale fœmininum tribuitur Deo, & non ſingulare, quòd omnia Deo pareant, miniſtrent, ac militent; ſicut exercitus & copiæ optimo & elegantiſſimo ordine diſpoſitæ duci ſuo: & quanquam robore valeant, ipſe tamen omnibus imperet, & ſuperior ſit, nec quicquam illis abſque ejus virtute & voluntate ſuccedat. *Angeli Deo militant*, tanquam ſatellites ipſius, Dan. 7. 10. Pſ. 103. v. 20. Sic Luc. 2. fit mentio militiæ cœleſtis laudantium Deum. Stellæ Deo *militant* luce, calore & influxu, Job. 38. ver. 33. Iſa. 40. v. 12. elementa, meteora, Job. 37. v. 4. Pſalm. 144. 6. homines, Iſa. 45. ver. 7. Prov. 21. ver. 1. Et Joel. 2. 25. locuſtæ, melolonthæ, bruchi, & erucæ dicuntur *exercitus Dei magnus.* Si quæras, cur id genus voces etiam manſerint apud exteras gentes? Factum id

videtur, quòd frequentiſſimè ejuſmodi voces eſſent in Judæorum ore, à quibus religionem ad Græcos, & à Græcis ad Romanos, Germanos, Gallos, Anglos, &c. dimanâſſe conſtat. Hinc ex Græcorum Eccleſia quædã peregrinæ voces in Latinum ſunt invectæ, ut Kyrieeleiſon, Haleluja. Cæterùm ex hiſce quoque vocibus colligere licet nos ab Hebræis accepiſſe veritatem: & contrà, inter nos etiam Ethnicíſmi remanſerunt veſtigia, quæ nos docent, quales majores noſtri fuerint antè ſui ad Chriſtianiſmum converſionem. Scribitur etiam per duplex βῆτα, Ἰαββαώθ, Iſa. 22.12,14,15,17,25.

Θυάτειρα ων τά, *Theſſalonica* urbs Macedoniæ, priùs *Halia*, hoc eſt, maritima, nuncupata. Sic dicta quòd Philippus Theſſalos ibi vicerit, q. d. *victoria à Theſſalis reportata*. Theſſalos ſic dictos fuiſſe à Theſſalo Herculis filio, teſtatur Natalis Comes in Mythol. p. 693. Actor. 17. v. 1. Θεσσαλονικεὺς έως ὁ, *Theſſalonicenſis*, Actor. 27. ver. 2. Θεσσαλονικέως, Genit. Atticus. in fine ω pro ο.

Θεύδας ᾶ ὁ, *Theudas æ*, Actor. 5. 36. nomen pſeudoprophetæ, q. Θέων ὕδατος, *currens*, ſeu *fluens aqua*, torrens, qui paulò pòſt evaneſcit. olim ὕδας σ῀ τὸ, *aqua*, ſed uſitatum eſt ὕδωρ. reddi ſolet per δ Doricè, ποταμὸς pro ποτεῦδω. Vel ſic dicitur ab Hebræo תּוֹדָה Thodáh *confeſſio*. ubi propter dageſch lene etiam ſcribitur Todáh: nempe utroque modo. Nam ת, præcedente literâ quieſcente, etiam in principio vocis, valet idẽ quod θ Græcorum. Et Græci dageſch lene non morantur. Sic dicunt *Phariſæus* pro *Pariſæus*.

Θυάτειρα ων τά, *Thyatira*, nomen urbis in Aſia minore. Apoc. 1.11. Etymon hujus vocis me latet. Fortè ita dicta fuit q. τὰ θύματα τείρων, *victimas abſumens*. θύω θῦσ τὸ *victima*, τείρω *attero*, item *abſumo*, Apoc. 2.18.

Θωμᾶς ᾶ, nomen proprium Apoſtoli. Syriacè תָּאוֹמָא *Thaumo*. Hebraicè תְּאוֹם *Geminus*. vide ſuprà in propriis Δίδυμος, Matth. 10.3.

Ἰάειρος ου ὁ, *Iairus*, nomen viri, Marc. 5. 22. ab Hebræo יָאִיר *illuminabit*, 3. perſ. fut. hiphil, g. m. à radice אוֹר lucere. Fuit nomen Judicis in Iſraël. יָאִיר *Iair*, Jud. 10. 3.

Ἰακὼβ ὁ, nomen patriarchæ ἄκλητον. Hebræum origine יַעֲקֹב *Iahakobh*, Gen. 25. v. 26. à nomine עָקֵב *planta*, ſic dictus, quòd in ipſa ſui editione, ſeu in ipſo partu ſequeretur Eſavum fratrem, ejuſque plantam manu teneret. Matth. 1. ver. 2. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, Iſaacus verò genuit Jacobum, Marc. 12. v. 26. ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, *Deus* Jacobi; pro ὁ Θεὸς τῷ Ἰακώβ. Fuit etiam Jacobus Apoſtolus, Johannis Evangeliſtæ frater, filius Zebedæi, Matt. 4. 21. & 17. 1. & hic numero tertius fuit. item fuit Apoſtolus alius Jacobus, filius Alphæi, numero nonus, Matth. 10. 3. qui Domini Jeſu

Jesu Christi frater, hoc est, cognatus vocatur, Gal. 1. 19. Declinatur etiam more Latinorum, Ἰακώβος ου ὁ, Jacob. 1. 1.

Ἰαμβρῆς *Iambres*, 2 Tim. 3. 8. Fuit Μάγος, alias Μαμβρῆς. Etymologia hujus Ægyptiacæ vocis mihi non liquet. Video alios derivâsse *Mambres* ab Hebræa voce מָרַר *rebellavit.* in hiphil, *exacerbavit.*

Ἰαννῆς *Jannes*, 2 Tim. 3. 8. De hujus vocis origine nihil certi habeo. Sunt etiam nomina illa Ægyptiorum, quorum lingua nos fugit. Alii vertunt *respondentem*, hoc est, obloquentem, obstrepentem, à radice Hebræa עָנָה Drusius in Talmud scribi testatur יוחני.

Ἰαννὰ ὁ *Ianna*, nomen viri ἀγκλίτου. Hebr. יַעֲנֶה affliget, seu humiliabit, scil. superbos hostes, Luc. 3. 24.

Ἰαρὶδ ὁ, *Iared*, nomen viri ἀγκλίτου, Luc. 3 v. 37. Allegatur ex Gen. 5. 15. יֶרֶד pro יָרֵד propter accentum Silluk, *imperabit.* יָרֵד Jéredh pro יָרְדָה per apocopē. 3. pers. g. m. fut. Kal. sing. num. à radice יָרַד *radàh*, dominatus est. Psal. 72. 8. וְיֵרֵד pro וְיִרְדֶּה & dominabitur.

Ἰάσων ονος ὁ, *Iason*, h. e. *sanaturus*: nomen viri, origine Græcum, à verbo ἰάω ῶ (pro quo usitatum est ἰάσομαι ῶμαι.) Fut. ἰάσω. Hinc est participium fut. 1. act ἰάσων, ονος ὁ, sanaturus. Sed differentiæ causâ nomen propriũ in Genit. abjicit ν, Act. 17. 7. Rom. 16. 21. Fut. ἰάσομαι.

Ἰδουμαία ας ἡ, *Idumæa*, hoc est, rufa. Regio Syriæ, sic dicta ab Esavo, qui ipse & Edom dictus fuit אֱדוֹם, de qua voce vide suprà Ἐδωμ, Marc. 3. 8.

Ἰεζάβηλ *Iezabel*, nomen ἀγλίτου, impiæ Reginæ, de qua 1 Reg. 16. 31. & 21. 5. אִיזֶבֶל: ubi insulsam eorum notationem esse judico, qui vocem hanc componunt ex Syriaco אִי *væ*, & זְבֶל *sterquilinium*, q. d. væ sterquilinio. à radice Syriaca זְבַל *stercorare.* Veri enim simile non est, regem Sidoniorum filiæ suæ tam fœdum imposuisse nomen. potiùs videtur compositũ ex אִי *insula*, Isa 20. v. 6. & זָבַל zabhal *habitare*, quòd ominaretur eam habituram esse in insula, quam habitationem omnium amœnissimam esse constat. Insulæ enim mare, quo cinguntur, habent pro mœnibu: omnis generis merces importari & exportari queunt, ubi nec pascuorum, nec aquarum est defectus. Apoc. 2. 20. scribitur per sigma.

Ἱεράπολις εως ἡ, *Hierapolis*, nomen urbis, q. d. *sancta civitas*. Col. 4. 13.

Ἰερεμίας ου ὁ, est nomen Prophetæ, *Ieremias*. Heb. יִרְמְיָהוּ, q. d יִרֵם יְהוָה qui exaltabit Dominum, pro יְהוָה in nominum propriorum fine sæpe ponitur יָהוּ, in principio verò יְהוּ verò יִרוֹם est 3. sing fut. hiphil à rad. רוּם altum esse.

Ἱεριχὼ ἡ, nomen urbis Palæstinæ in tribu Benjamin, *Iericho.*

in Gen. Jerichuntis. Græcè ἄκλιτον. in Genit. τῆς Ἰερειχώ. Matth. 20. 29. ἀπὸ (τῆς) Ἰερειχώ. Jerichunte. Luc. 19. 1 διὰ μέσου τῆς Ἰερειχώ. transibat Jerichuntem Hebr. יְרֵחוֹ à יָרֵחַ luna, q.d. Σελήνης πόλις Lunæburg. Alii tamen videntur propriùs ἑρμηνεύειν, qui derivant à rad. רוּחַ odorari, r chen. & sic jod initiale est litera heemantica. Erat enim urbs hæc sita in solo fertilissimo, ubi balsamum, palmæ, aliáque aromatica felicissimè proveniebant. Atque ita urbs nomen accepit à fragrantissimis & optimè olentibus feracissimi soli fructibus, q.d. εὐώδης, bene olens, seu εὐωδία, bonus odor.

Ἰεσσαὶ ὁ, *Jessai*, pater Davidis. Nomen origine Hebr. יִשַׁי *Jischai*. Ruth 4. ver. 17. Isa. 11. 10. שֹׁרֶשׁ יִשַׁי *radix Jischai*. à radice ישׁר est יֵשׁ *est*, radix consimilis est ישׁשׁ, unde est יָשִׁישׁ *senex*. vel est à שַׁי *munus*, & *jod* præfixum est heemanticum, nominibus propriis præponi solitum, cujus radix est inusitata שׁוּר. 1 Chron. 2. v. 12. scribitur יִשָׁי, & ver. seq. אִישַׁי. Luc. 3. 32. Roman. 15. 12. Christus vocatur ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, *radix Jessæ*.

Ἱεροσόλυμα τὰ ὁ, nomen metropolis Judææ. Bis legitur singulariter in genere fœminino. Matth. 2. 3. & 3. ver. 5. Ἱεροσόλυμα οὐ τὰ, in neut. gen. plurium. tantùm, sæpissimè Matt. 16. 21. Mar. 3. 8. Luc. 23. 7. Johan. 1. v. 19. Actor. 8. 1, πάντες οἱ ἐν Ἱερουσαλήμ, scilicet ὄντες, *qui erant Hierosolymis*. Ἱερουσαλὴμ ἡ ἄκλιτον. Actor. 12. 25. Latinè etiam tribus modis flectitur. *Hierosolyma æ*, & plural. tantùm *Hierosolyma orum*, & *Jerusalem*. Ἱερουσαλὴμ, quâ voce Sept. utuntur, quæ vox est indeclinabilis in utraque lingua. Hebraicè יְרוּשָׁלַם Jeruscha-láim. Syriacè יְרוּשְׁלֵם Jeru-schelém. Hebræum habet speciem dualis numeri, sed esse singulare, Syntaxis docet. Alii tamen aiunt sic dictam hanc *urbem*, quòd esset bipartita: alii ad terrestrem & cœlestem Hierosolymam referunt. Sed *Iebusæi*, qui hoc nomen urbi indiderunt, non cogitârunt de cœlesti Hierosolyma. olim dictam fuisse שָׁלֵם *Schalem*, eâmq; à Melchizedéko conditam, & sic denominatam esse, fit probabile, partim quòd legimus Gē. 14. 18. מֶלֶךְ שָׁלֵם מַלְכִּי־צֶדֶק necnon Ps. 76. 3. וַיְהִי בְשָׁלֵם סֻכּוֹ. *Est enim Schalemi*, (hoc est, Hierosolymæ) *tentorium ejus* (nempe Domini.) & quòd historiographus Joseph. lib. 3. de bello Jud. cap. 28. Antiq. lib. 1. cap. 10. idem attestetur. Videtur verò Melchizédek, vir admodum pius, cultor Dei, & typus Jesu Christi, urbem hanc sic denominâsse à *pace*, prout Apostolus Hebr. 7. hæc interpretatur, respiciens ad Jesum Christum, quem Isaias cap. 9. ver. 7. vocat שַׂר שָׁלוֹם Principem pacis, qui ibi docuit, qui ibidem se pro nobis

nobis obtulit & immolavit in altari crucis, quâ morte Deum nobis placavit, nobisque *pacem* erga Deum acquisivit, Roman. 5. v. 1. sicut ipse. Dominus testatur Johan. 16. v. 33. *ut in Me pacem habeatis.* Johan. 14. v. 27. *pacem Meam do vobis.* Sed urbs hæc postea à Jebusæis, hominibus profanis, aucta & munita, dicta fuit יְרוּשָׁלַם Jerusscha Iáim, non ut quidam notant à יִרְאוּ videbunt, & שָׁלוֹם pacem. Nam Jebusæi, quorum pectora luce verbi divini non fuerunt illustrata, de ista pace nunquam cogitarunt. Sed יְרוּשָׁלַם dixerunt, q.d. יִרְאוּשָׁלֵם Jerú-Scha-lêm, hoc est, *timete Schalemum* vos adversarii, quibus verbis hostibus terrorem incutere voluerunt. יִרְאוּ Jerú est imperativi Kal (pro יִרְאוּ regulariter, ad differentiam יִרְאוּ videbunt) à radice יָרֵא *timuit, reformidavit*, & שָׁלֵם *Schalem*, quæ vox, à Postolo interprete, idem valet quod שָׁלוֹם *pax.* Etymologiam hanc ipsæ comprobant historiæ. Josua urbem hanc omnium munitissimam expugnare non potuit, Jos. 18.21. Victoria hæc reservata fuit Davidi, 2 Sam. 5. v. 8. ubi Jebusæi de deditione postulati, propugnaculis tantæ urbis freti, riserunt Davidem, & copias ejus, dicentes, quòd propugnaculum istud vel à cœcis & claudis possit defendi. ubi alii intelligunt idola Jebusæorum, quæ oculos habent, & non vident: & pedes, nec ambulant. Sed ut patet ex ver. 8. argumentatio est à *minori* q.d. Milites nostri bellicosissimi facilè vos propulsabunt, quia vel claudi & cœci in tantis propugnaculis facilè id præstare possent. Dicta quoque fuit hæc urbs *Jebus*, ut liquet ex Jud. 19. 10. à radice בּוּס *pedibus proculcare*, q.d. tanto propugnaculo hostes facilè posse prosterni, & pessundari. Hinc יְבוּסִי *Jebusæus*, cujus gentis quoque mentio fit Gen. 10. 16. Ἱεροσολυμίτης ὁ, *Hierosolymitanus.* Marc. 1. 5. οἱ Ἱεροσολυμῖται, Hierosolymitani.

Ἰεφθαὲ ὁ. *Jephthe*, Heb. 11. 32. nomen viri ἄκλιτον. Hebraicè יִפְתָּח Jíphtach, à radice פָּתַח *aperuit*, q.d. apertor. Filius Gilhadis ex meretrice, Judex in Israële. Judic. 11. ver. 1. Jod in principio est litera heemantica, nominibus propriis præponi solita. Deut. 23. ver. 1, 2. legimus spurios & illegitimè natos ad munus publicum non esse admittendos, quâ lege Deus ostendit, quantopere labem hanc detestetur. Cur ergo, inquias, Deus Jephthen, ex scorto natum, præfecit populo suo? Resp. Deus non sibi, sed nobis leges præscripsit. Et in lege, de qua paulò antè, Deut. 23. 1, 2. Deus, in eo qui publicum officium debebat administrare, requirit, 1. nè sit ignavus, & fracto animo, prout solent esse castrati. 2. nè sit infamis, qualis est spurius, qui Hebraicè nominatur זוּר à מָזַר *extraneus*, quòd spurius ad familiam non perti-

neat. 3. nè sit ex alienigenis hostibus, aut incredulis. Secundum requisitum Jephthen à munere magistratus prohibere potuisset, nisi Deus eum vocâsset, & nisi Deus extraordinariis eum ornâsset virtutibus, quarum splendor infamiæ illius nebulas dispulit. Fateo spurios plerumque justo Dei judicio esse malitiosos, sed Deus hic excipit quos vult excipere.

Ἰεχονίας ὁ, *Jechonias*, Mat. 1. v. 11. Hebraicè יְכָנְיָהוּ *conjahu* per aphæresin, pro יְכָנְיָהוּ *Jechonjáhu* hoc est, præparatus à Domino: vox composita ex duabus, nempe ex verbo כוּן præparare, & יהוה Dominus.

Ἰησοῦς οὗ, Jesus, hoc est, *Servator*, *Salvator*, Σωτήρ. Hebraicè יְהוֹשֻׁעַ *Jehoschua*. quam vocem Sept. semper verterunt Ἰησοῦς *Jesus*, & quam Apostoli retinuerunt in N. T. Primus cui hoc nomen fuit, erat filius Nun, Mosis successor, (Actor. 7. ver. 45. Heb. 4. ver. 8.) qui populum in terram promissam introduxit, qui typus fuit veri hujus Jesu, cujus heroïs virtutes & laudes lege Num. 13. v. 9, 17. & 27. 18. & 34. 17. Deut. 1. 38. & 34. 9. Josuæ 3 7. Derivatur à radice יָשַׁע, unde est nomen יֵשַׁע *salus*. in hiphil הוֹשִׁיעַ *servavit, salvavit, salutem præstitit*. Psalm. 20. v. 7. & 34. v 6. & c. jod præfixum est heemanticum, quod nominibus propriis præponi solet. Notatio est ab effecto. Jesus nempe Christus, Filius Dei unigenitus, natus ex Maria virgine, dicitur à salvando, *quia nos salvat ab omnibus peccatis nostris.* quæ etymologia est ipsius angeli à Deo ablegati ad Josephum, Matth. 1. v. 21. atque ita nomen Jesus nobis est instar brevis Evangelii. Verùm enimverò etsi hoc nomen etiam aliis fuerit impositum, Actor. 7. vers. 45. Colos. 4. 11. 1 Sam. 6. 2 Reg. 23. Hag. 1. Zach. 3. Joseph. antiq. lib. 11. c. 7. tamen huic *Servatori* nostro competit κατ' ἐξοχήν. Josuæ nomen hoc fuit inditum singulari Dei providentiâ, tanquam typo futuri & veri hujus Salvatoris, qui tantùm temporalem salutem populo attulit. Reliquis qui hunc secuti sunt, idem nomen fuit tributum à parentibus, more nostrorum hominum, qui ulitatis & tritis nominibus liberos suos in baptismate solent denominare, qui vel nomen habuerunt sine re: vel tantùm externè & corporaliter populum juverunt. Noster verò *Salvator*, *Dominus*, ille gloriæ, nomen hoc accepit ex immutabili *Patris* decreto (sicut legimus Luc. 2. *Vocatus est hoc nomine ab angelo priusquam in utero matris conciperetur.*) & ille solus plenè nos liberat ab omnibus corporis & animæ malis, Colos. 2. ver. 20. *in ipso estis consummati.* 2 Johan. 1. ver. 17. *Sanguis* Jesu Christi *mundat nos ab omni peccato.* Roman. 8. ver. 1. *Nulla condemnatio est in iis qui sunt in* Christo Jesu. Actor. 4. *Non est in alio salus.* Johan. 14. 6. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

Sicut

Sicut Josua populum carnalem introduxit in terram promissam, lacte & melle fluentem, typum cœli & vitæ æternæ; ita JESUS CHRISTus populum Dei spiritualem, hoc est, Ecclesiam electorum in cœlum introducit. Syrus in N.T. scribit ישוע Syri enim non habent patach genuba. Alii ישוע, quorum nominum ratio est eadem.

Ἰκόνιον ὁ τὸ, *Iconium*, celeberrima urbs Lycaoniæ, Act. 13. 51. de qua Plinius lib. 5. c. 27. cujus Lucas etiam meminit Actor. 24. v. 1. & Paulus 2 Tim. 3. 11. in qua Paulus & Barnabas Evangelium docuerunt. Fortassis sic dicta fuit ὅτι τὸ ἵκτο à *veniendo*. Doricè spiritus asper mutatur in tenuem, vel pro οἰκόνιον dixerunt ἰκόνιον, quod est à nomine εἰκὼν ὀνος ἡ *imago*.

Ἰλλυρικὸν τὸ, *Illyricum*, regio Epiro contermina, Italiæ propinqua, Rom. 15. 19. Sic dicitur ab *Illyrico* Cadmi filio, qui sic dictus videtur ἀπὸ τῆς λύρας, lyrâ. unde λυρικὸς ὁ, Lyricen, Lyricus. Vide Mythol. Natalis Comitis lib. 19. pag. 987. qui ait *Polyphemo*, de quo apud Theocritum, tres fuisse filios, *Celtum*, à quo orti sint *Celtæ*, *Illyrium* à quo sit *Illyris*, & *Henetum* à quo descenderint *Veneti*.

Ἰόππη ἡ, *Joppa*. יפו *Japho*, *pulchritudo*. oppidum Syriæ in monte situm, unà cum portu, qui à Barbaris nunc *Sappho* appellatur, Jos. 19 ver. 45. 2 Chronic. 2. ver. 16. Jonæ 1. ver. 3. à radice יפה *pulcher fuit*. יפה *pulchrum & venustum reddidit*. Act. 9. ver. 36.

Ἰορδάνης ὁ, *Iordanes*, nomen fluvii Judææ, qui baptismo Christi, aliisque stupendis Dei miraculis est nobilissimus. Hebr. ירדן *Iarden* vox composita, ex *Jor* & *dan*, qui sunt duo fontes ad radices Libani, ex quibus coeuntibus hic fluvius oritur, more Rheni nostri duobus à fontibus, ex ipsis Alpium visceribus scaturientibus, facti. Vel derivatur à radice ירד jarad *descendit*, & Nun in fine est heemanticum. vel ex יאר jeór *fluvius* & *dan*. Defluit enim à *Dan*, & est eximiæ dulcedinis, Genes. 13. vers. 10. vel ex ירד descendens, & דן quòd ex *Dan* descendat. Regiones amœnissimas præterlabitur, & lacum quem N.T. mare Genezareth vocat, efficit, ex quo tandem in mare mortuum abit & ab eodem absorbetur, Matth. 3. 5, 13. & 4. 15, 25 Marc. 3. 8. *Suidas*, Ἰορδάνης ὁ ποταμὸς, ἐπλήθυν δὲ ὅτι διὰ τὸ συμφλεῖν δύο ἅμα ποταμὸς, Ἰορ καὶ δάν *Hieronym.* in quæst. Hebraicis. *Dan* unus è fontibus est Jordanis. Alter vocatur *Ior*, quod interpretatur βοῶδες. Duobus ergo fontibus, qui haud procul distant, in unum rivum federatis, Jordanes deinceps appellatur.

Ἰούδας ὁ, *Judas*, nomen patriarchæ יהודה *Iehuda*, à verbo הודה *confessus est*; *laudavit*. à radice ידה *projecit*. quasi *celebrationis filius*, quòd mater à par-

tu

partu ipſius Deum celebraſſet, Geneſ.29.35. Matth. 2. ver.6. ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα (*Gen.*) inter duces Judæ. Johan.13. v.26. δίδωσι Ἰούδᾳ, (*Dativ.*) dedit Judæ. Ἰούδαν pro δίδωσι eſt enallage temporis. Luc. 22.13. εἰσῆλθε σατανᾶς εἰς Ἰούδαν (*Accuſ.*) *ingreſſus eſt Satanas Judam*, ſcil. Iſcarioten, proditorem. Luc.22.48. *Vocat.* Ἰούδα, φιλήματι παραδίδως; *Juda, an oſculo prodis?* Primò omnium hoc nomen impoſitum fuit quarto Jacobi Patriarchæ filio Gen.22. ver.35. ubi etiam ratio hujus nominis redditur. Dixit enim Lea, *Celebrabo* אודה *hâc voce Dominum, idcirco vocavit ejus nomen Jehudam.* יְהוּדָה Pſal.76. v.2. נוֹדַע בִּיהוּדָה אֱלֹהִים. *Notus eſt in Jehuda Deus*, ubi per *Judam* metonymicè intelliguntur poſteri Judæ, & ſynecdochicè omnes Iſraëlitæ, nempe per ſynecd. ſpeciei. Deinde multi alii ita dicti fuerunt, uti patet ex libris Machabæorum, 1 Machab. 2.verſ. 4. Actor. 5.37. & 15. 22. Duo quoque Apoſtoli eodem nomine fuêre appellati, quorum unus differentiæ cauſâ dictus fuit *Iſcaviotes*, alter Matth 10. v.3. *Lebbæus*, cognomento *Thaddæus*. Judæ ver.1. vocatur filius Jacobi, & κατ' ἐξοχὴν, Joh. 14. 22. οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης. Proditor vocatur *Iſcaviotes* אִישׁ קְרִיּוֹת I ſch-kerijoth, h.e. Kerijethenſis, ab oppido Judæ, Joſ. 15. ver.25. *Franciſcus* tamen *Junius* de vero hujus viri etymo in Comment. ſuo in Judam Apoſtolum, tom.1. operum ipſius pag.1269. ſic ſcribit: Eſt autem *Iſcaviotes* non à falſo aut mendacio ita dictus (à שָׁקַר) ut quidam putaverunt, non à gente & natalibus, ut alii, (& nos ipſi paulò antè) ſed aut à recipiendo & obſerando aut occludendo, quod Syri dicunt (סְגַר) *ſecar*: unde formatum *eſcarioth* (marſupium) quòd *marſupium* haberet, eſſetque velut *quæſtor ærarii*, ad conventum hunc pertinentis. Johan. 13. v. 29. quòd ærarium furatus dicitur. Johan.12.6. Aut ἀπάγχω ab eo, quòd fauces ſibi ipſe ſtrinxerit, & ſeſe ſtrangulaverit, (quod eodem vèrbo ſignificatur) ut refertur Matth. 27. 5. & Act. 1. 18. Hactenus Fr. Junius. Ἰουδαία γῆ, *Judæa*. Actor.1.v.8. nomen regionis, quæ olim vocata fuit *Paleſtina* à Philiſtæis, Galilæa tamen & Samaria non ad Palæſtinam, ſed Phœnicen pertinebant. Johan.3.3. *Reliquit Judæam*, h.e. ex Judæa diſceſſit in Galilæam. à morte Solomonis ſciſſus fuit Iſraël. Decem tribus defecerunt à Rehabeamo ad Jerobeamum Ephratæum, 1 Reg. 12.ver.10. Duæ tantùm tribus, nempe tribus Judæ & Benjamin perſtiterunt, & Davidis ſemini adhæſerunt, unde illæ duæ tribus appellantur *Domus Davidis*, regnum Judæ: Decem verò tribus, quæ defecerant, vocantur *regnum Iſraëlis*, domus Jacobi & Joſephi, Ephraim, regnum Samariæ. Judæa etiam dicta fuit Cananæa. Peleſcheth filius fuit Canaanis, & Canaan filius Chami, cui Noæus maledixerat. Vocatur

catur etiam Heb. 11. 9. terra promissionis, h. e. promissa, **das gelobte oder das verheissene land**, item *terra sancta*.

יִזְרְעֶאל *Iesrael vel Iezrael*, Jisreel, compositum ex זֶרַע semen, & אֵל Deus, q. d. *semen Dei*. nomen urbis, 1 Reg. 21. 1.

יִשְׂרָאֵל *Jisraël*, compositum ex שַׂר princeps, & אֵל Deus, q. d. *princeps, seu victor* DEI, Gen. 35. 10. Ἰσραὴλ ὁ, nomen indeclinabile. Num verò homo Deum potuit vincere? Filius Dei aeternus Λόγος, φιλανθρώπως, more hominis cum Patriarcha luctatus fuit, Prov. 8. 31. unâ manu cum eo luctatus, alterâ eidem opitulatus fuit. cognominatus ita fuit Jacobus Patriarcha ab ipso *Deo*, Genes. 35. penitus deinde pro *gente*, Rom. 9. 6. & pro tota *Ecclesia* Gal. 6. 16. **ἐσπανὸν** est Ἰσραηλίτης ὁ, Johan. 1. 48. Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι, Israëlita in quo dolus non est. Actor. 2. v. 22. ἄνδρες Ἰσραηλῖται, viri Israëlitæ. Populus Israëliticus quoque dictus fuit יְשֻׁרוּן Deut. 32. 15. q. d. *erectus* à radice יָשַׁר erectus fuit. Deut. 33. 5. *Moses erat rex in Ieschyrun*.

Ἰούλιος ὁ, *Iulius*, nomen proprium viri, origine Græcum, à nomine Ἴουλος ὁ, *lanugo prima ex pubescum genis efflorescens*, ἀπὸ τοῦ ἰόντος, à procedendo. **Ἰόνας ἐκ**, Ἰόνας *mittere*. Actor. 27. 1. Ἰουλία ας ἡ, *Julia*. Rom. 16. 15. nomen mulieris.

Ἰουνίας α ὁ, nomen proprium viri, cognati Pauli, & in vinculis socii, Rom. 16. 7. Derivatur à nomine *Junius*, qui mensis à junioribus dictus est, quemadmodum *Majus* à majoribus. Junii autem appellati, qui mense Junio nati fuere.

Ἰησοῦς ὁ, *Iustus*, nomen proprium viri Latinum, Act. 18. v. 7. Col. 4. 11.

Ἰσαὰκ ὁ, *Isaacus*, nomen Patriarchæ, filii Abrahami. divinitus ei impositū. Heb. יִצְחָק Gen. 17. ver. 19. scribitur etiam per Ψ. שְׂחָק à radice צָחַק vel שָׂחַק *visit*. Genes. 21. 6. omnis qui audierit, arridebit mihi. יִפְצַח לִי hoc est, gratulabitur mihi vetulæ. Isaac ergo idem valet quod יִשְׂחָק hoc est, *ridebit*, quod est 3. pers. g. m. sing. num. fut. Kal à radice צָחַק *visit*.

Ἰσαΐας ου ὁ, *Isaias*. Mat. 27. 9. Vide supra Ἡσαΐας.

Ἰσσαχὰρ ὁ, Issachar, Apoc. 7. 7. Jacobi ex Lea uxore. Genes. 30. 18. nonus ordine יִשָּׂשכָר *Issachar*, compos. ex יֵשׁ *est*, & שָׂכָר *merces*, quorum illud est à radice יָשַׁר, hoc verò à radice שָׂכַר mercede conduxit, שָׂכִיר mercenarius, q. d. *est merces*, h. e. Deus mercedem, quam dederam Rachelæ, abundè compensavit. pro floribus accepi filium. In memoriam ergo tantæ *meredis*, quâ maritum conduxerat, filium suum vocavit filium *mercedis*, Gen. 30. 16.

Ἰσραηλίτης ου ὁ, vide paulò ante Ἰούδας.

Ἰσμαὴλ ὁ, *Iismael*, nomen viri, qui fuit filius Abrahami ex pellice

pellice. *Hagar.* Hebr. יִשְׁמָעֵאל vox composita ex duabus. יִשְׁמַע *exaudiet* est 3. sing. g. m. fut. Kal. à radice. שָׁמַע exaudivit, & אֵל Deus. Ratio hujus Etymi legatur Gen. 16. 11. ὑὸς τῆς παιδίσκης, filius ancillæ, Gal. 4. 30.

Ἰταλία ας ἡ, *Italia* nobilissima totius mundi peninsula, pars Europæ, ita appellata ab Italo rege, vel à pascuorum & vitulorum præstantiâ. Ἰταλὸς ὁ, *vitulus*, Heb. 13. 24. Ἰταλικὸς ἡ ὸν, *Italicus* seu Latius, seu Latinus a um. Act. 10. 1.

Ἰτουραία ας ἡ, *Ituræa*, nomen regionis Trachonitidis juxta desertum Arabiæ, cujus Tetrarcha fuit Philippus, Luc. 3. v. 1. sic dicta à יְטוּר *Ietur*, qui fuit filius Ismaëlis. יְטוּר verò videtur dici, à vore Hebræa טוּר *ordo, series*, vel Ἰτουραία derivatur à voce Chaldaica טוּר & Syriaca טוּרָא *mons*. Dan. 2. 35. Fuit enim regio montosa.

Ἰωαθὰμ ὁ, Ioatham, nomen viri ἀνελίσσον. Hebraicè יוֹתָם *Jotham*. 2 Chron. 26. v. 21. à radice יָתַם *perfectus fuit*. Psalm. 19. vers. 14. אָז אֵיתָם tunc perfectus ero.

Ἰωάννα ης ἡ, *Iohanna*, nomen fœminæ. Luc. 8. 3. Vid. Ἰωάννης.

Ἰωνὰν ὁ, *Ionan*, nomen viri ἀνελίσσον. Luc. 3. 30. Hebr. contractum ex יְהוֹחָנָן. Vide vocem sequentem Ἰωάννης.

Ἰωάννης ου ὁ, *Iohannes*, nomen alterius Eliæ, Jesu Christi prodromi seu præcursoris, cognomento Baptistæ, Luc. 1. 63. Fuit enim primò, qui jussu Dei Baptizavit, Joh. 1. 33. Est verò nomen origine Hebræum יוֹחָנָן *Jochanan*, 1 Chron. 12. 12. Ierem. 41. Scribitur etiam יְהוֹחָנָן *Iehochanan*, 1 Chronic. 26. ver. 3. & utrúmque idem significat. compositum ex יְהוֹה quod est nomen Dei proprium, & חָנַן *gratia*, quod est à חָנַן *gratiosus fuit*, q. d. gratia Dei, Gottes gnad. Fuit etiam nomen Apostoli, fratris Jacobi, quorum pater Zebedæus dicebatur, Matth. 4. ver. 21. qui, ut à *Johanne Baptista* distinguatur, Apostolus & Evangelista dicitur. item ὁ θεολόγος καὶ ἐξοχήν. Scripsit non tantùm Evangelium, sed etiam tres Epistolas & Apocalypsin. Et hic fuit discipulus, quem *Iesus Christus* cæteris impensiùs diligebat, Johan. 13. 23. Legitur etiam *Genitivus* τοῦ Ἰωαννοῦ tanquam à nominativo Ἰωαννᾶς, Luc. 3. 27. sed τοῦ Ἰωάνου est casus usitatus. Matth. 11. 7. ὁι ὄχλοι ἦσαν Ἰωάνου, prophetæ usque ad Johannem. item *Johannes* qui & *Marcus* Actor. 12. 12. *Dativus* τῷ Ἰωάνῃ, Luc. 7. 18. *Accus.* τὸν Ἰωάννην, Luc. 9. v. 9. Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, *Iohannem ego decollavi*. Sunt verba Herodis tyranni. Græci in medio aspirationem omittunt ex more & proprietate linguæ. Latinè perperam scribitur *Iohannes*. Respiciendum enim est ad primam ejus originem, ubi non simplex, sed duplex est aspiratio.

Ἰωαννᾶς ᾶ ὁ, nomen viri, Luc. 3. 27. *idem*.

Ἰωακεὶμ ὁ

Ἰωακείμ, *Ioachim.* Hebraicè יְהוֹיָקִים q.d. Dominus excitabit. Nam יהו est ex יְהוֹה, יקים est 3. ſing. futur. hiphil à rad. קוּם ſtare, ſurgere, ſ. motum. In hiphil הֲקִים fecit ſtare, q. d. Græcè Ἀναστάσιος, *Anaſtaſius*, qui reſurget, ſcil ex mortuis ad vitam æternam.

Ἰωβ ὁ, nomen viri principis ἄκλαστον. Hebraicè אִיּוֹב Job. Latinè *Jobus*. a radice אָיַב *inimicitias exercere.* Græcè ἐχθραίνειν. Ergo idem valet quod אוֹיֵב *hoſtibus expoſus.* Solet in nominibus propriis benoni paſſivè reddi. Sic מְשֻׁרָה *extractus*, &c. Fuit enim Jobus hoſtis malorum, pauperes, viduas & peregrinos prementium. Fuit (Job. 29.) cœcis oculus, pes claudis, & vera pii principis *idea*, ſuâque patientiâ & infractâ in Deum ſpe omnibus præluxit. Jacob. 5. v. 11. τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, *toleran tiam Iobi audiſtis.*

Ἰωὴλ ὁ, nomen prophetæ ἄκλαστον. Sicut verò omnes prophetæ V. T. fuerunt Hebræi, ita & eorum nomina. יוֹאֵל *Joël*, à radice יאל jaal, in hiphil הוֹאִיל *voluit, acquievit.* יוֹאֵל eſt 3. perſ. fut. hiphil. gen. m. Exod. 2. v. 21. וַיּוֹאֶל מֹשֶׁה & acquievit Moſes, ut habitaret cum viro iſto. Eſt ergo Ioël idem quod *acquieſcet*, ſeu *contentus erit.* Actor. 2. ver. 16.

Ἰωνᾶς ᾶ ὁ, *Jonas.* יוֹנָה *Jonáh*, Hebraicè *columba*, vel *columba*, à radice יָנָה *janah* oppreſſit, afflixit, in hiphil הוֹנָה *oppreſſit.* Columba hinc dicta fuit, quòd ipſa ſit ſine bile, imbellis, & proinde oppreſſioni & prædæ expoſita. Matth. 12. v. 41. σημεῖον Ἰωνᾶ, *ſignum* ſeu miraculum *Ionæ*, Luc. 11. 22. Johan. 21. v. 17. Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; *Simon Iona, an diligis me?* ubi Ἰωνᾶ eſt Vocativi caſus, ſimilis Genitivo. In codicibus tamen nonnullis legitur βὰρ Ἰωανᾶ, ut apud Nonnum υἱὸς Ἰωάννου θεοῦ, ἤγουν Σίμων, hoc eſt, *patris Iohannis pii, filii Simon.* Et vulgatus interpres ibid. *filii Iohannis.*

Ἰωρὰμ ὁ, nomen regis ἄκλαστον. Hebraicè יְהוֹרָם *Iehoram*, ex יהוה & רָם, q. d. ex Domino excelſus. רָם *ram* excelſus, à radice רוּם excelſum eſſe, unde eſt Germanorum **ruhmlich runhmen.** Matth. 1. 8.

Ἰωρείμ ὁ, *Iorim*, nomen viri. יוֹאֲרִים *Jeorim*, hoc eſt *rivi, fluvii.* Iſa. 33. verſ. 21. à radice יְאוֹר *jeór, rivus.* vel, eſt à radice רוּם in 3. perſ. futur. hiphil יָרִים *exaltabit*, in hophal יוּרַם *exaltabitur.* Luc. 3. 19.

Ἰωσαφὰτ ὁ, nomen pii regis indeclinabile. Matthæi 1. ver. 8. Hebr. יְהוֹשָׁפָט *Iehoſchaphat*, ex יְהוֹה Dominus, & שָׁפַט judicavit, quaſi diceres, *Dominus judicavit.*

Ἰωσὴφ ὁ, *Joſephus*, Mat. 1. 24. Hebr. יוֹסֵף, q. d. *addet* vel *addat*, ſcil. Deus plures filios. Etymon

à *voto* matris Rachelis. Gen. 30. v. 24. Est verò יֹסֵף 3. sing. g. m. fut. hiphil à radice יָסַף addidit. in N. Test. legimus de quatuor, quibus hoc nomen fuit: 1) de Joſepho Arimathæo Luc. 23. 13. 2) de Barſaba Act. 1. 23. 3) de Jacobi filio Patriarcha. Act. 7. 9. 4) de marito Mariæ Virginis, qui pater Chriſti putabatur. Mat. 13. 55. Luc. 3 23.

Ἰωσῆς & Ἰωσὴ vel Ἰωσῆ, nomen viri ἄκλιτον. Actor. 4. 36. Luc. 3. verſ. 29. Matth. 27. ver. 56. Hebraicè יוֹשֶׁה à radice יָשָׁה unde eſt יֵשׁ *eſt*, vel à יָשַׁשׁ *ſenex*. Job. 12. ver. 12. בִּישִׁישִׁים חָכְמָה *in ſenibus eſt ſapientia*. Ἰωσῆς ergo eſt idem quod γηρᾷ, q. d. γηρᾷ ὁρῶν, *terram intuens*, ſilicernium. Scaliger. ſilicernium tamen ſenex non dictus, quòd incurvatus cernat ſilices, ſed à *ſilendo*. Vide Forum Romanum. Druſius in priore commentario, ad voces Novi Teſtamenti. *Joſes* idem cum *Joſeph*, ut *Tobit Tobis*, *Goliath Goliar*, *Hannibal Annibas*. Hebræi pro יוֹסֵף abjectâ ultimâ וְ *Joſe*, unde *Joſes*, ſicut à יְשׁוּ *Jeſus*; Græci enim addunt in fine σίγμα.

Ἰωσίας ου ὁ. *Joſias*, 2 Reg. 22. ver. 3. Heb. יֹאשִׁיָּהוּ Joſchi jáhu, ex אֵשׁ ignis, & יְהוָה Dominus, q. d. *ignis Domini*. Matth. 1. ver. 10, 11.

Καϊάφας α ὁ, *Cajaphas*, nomen pontificis, qui fuit tempore Chriſti, Luc. 3. 2. Mat. 26. 57. Johan. 11. v. 49. Syriacè קַיָּפָא Cajapha, à radice קוּף *circumire*, q. d. circuitor.

Κάϊν ὁ, *Cain*, nomen primi fratricidæ, Geneſ. 4. 1. Hebr. קַיִן Cajin *poſſeſſio, acquiſitio*, à radice קָנָה *acquiſivit, poſſedit*. ſcilicet mater lætabatur ſe virum (i. e. filium) acquiſiviſſe à Domino. Jud. v. 11. ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, *quia viam Cain ingreſſi ſunt*, h. e. crudeles ſunt, & profuſione ſanguinis gaudent.

Καϊνάν ὁ, *Cainan*, nomen viri indeclinabile. Geneſ. 5. 9. Hebr. קֵינָן *poſſeſſor* vel *emptor*, & ſic eſt à radice קָנָה *acquiſivit*. vel à radice קִנֵּן *nidificavit*, q. d. *nidificator*. vel à קוֹן in pihel קוֹנֵן *lamentatus eſt*, q. d. *lamentator*. Luc. 3. 36.

Καῖσαρ ος ὁ, *Cæſar*. Matth. 22. 17. nomen primi Monarchæ inter Romanos, à quo Cajo Julio Cæſare cæteri Imperatores Romani dicti fuêre *Cæſares*. Nomen hoc Latinum eſt origine. Dictus ita aliis videtur, vel à cæſo matris utero: vel à cæſarie, hoc eſt, comâ, cum qua ortus fuit: vel, ut alii volunt, à cæſiis oculis, de cujus nominis ratione conſule *Plinium*, *Servium* & *Spartianum*. Poſtremam notationem *Suetonius* refutat de Jul. Cæſ. cap. 45. ubi ſcribit, eum nigris vegetiſque oculis fuiſſe præditum.

Καισάρεια ας ἡ, *Cæſarea*. Act. 9. 30. urbs maritima Paleſtinæ, in littore maris mediterranei ſita, quam Herodes Aſcalonita, pater

páter Herodis Tetrarchæ in honorem Auguſti Cæſaris inſtauravit, quæ priùs Πύργος turris Stratonis vocabatur, de qua Joſephus lib. 1. belli Jud. c. 3. & 16. Plin. lib. 2. c. 13.

Καισαρεύς, nomen urbis ἀκλίτου. Genit. τῆς Καισαρείας, Joh 21. 2. Dativus tamen declinatur τῇ Καισαρείᾳ, Joh. 22. 11. Accuſ. τὴν Καισάρειαν, Joh. 4. 46. Heb. קֵינָה Joſuæ 19. v. 28. à קֵן hoc eſt, nidus, quod eſt à קָנַן *nidificare, &c.* vel ſignificat *poſſeſſionem*, à radice קָנָה *acquiſivit, poſſedit*, vel ita dicta fuit à קָנֶה *Canna, calamus* vel *arundo*. Fuit verò duplex *Cana*, major & minor. De hac legimus Joh. 2. 1. de illa Joſuæ 19. 28. quæ ſita fuit in tribu Aſer Minor pertinebat ad tribum Zabulon.

Καναανίτης, ου, ὁ, *Cananites*. Mat. 10. 4. ſic dictus fuit cognomento Simon. Eſt verò *Cananites* interprete Lucâ c. 6. v. 14. idem quod ζηλωτὴς, ὁ, *æmulator, zelotes*. origine Heb. קַנָּנִי Exod. 20. 5. קַנּוֹא idem. Joſuæ 24. 19. à radice קָנָא *zelotypus fuit*. Dicitur ζηλότυπος Græcè, quaſi *zelo percuſſus*.

Κανδάκη, ης, ἡ, *Candace*, nomen commune omnibus Æthiopum reginis, Act. 8. 27. vox eſt origine Æthiopica, quam linguam ignoramus. Alii conjectant, vocem eſſe compoſitam ex קָנָה *acquiſivit*, & Syriaco דְּכָא mundus fuit. Hebraicè זְכוּת quaſi diceres, *munda poſſeſſio*. quibus tamen repugnat orthographia Syriaca, quâ nomen hoc ſcribitur קנדק cum ק *koph* in fine non cum ך *caph finali*.

Καπερναούμ, ἡ, *Capernaum*, nomen ἀκλίτου oppidi Galilææ juxta lacum Geneſareth, ubi *Chriſtus* habitavit, Marth. 4. ver. 13. Syriacè כְּפַרְנַחוּם *Cephar-nachum* vel *Caphar-nachum*. Hebræum origine ex כְּפַר *vicus, villa*, 1 Sam. 6. 18. & נַחַם *conſolatio*, q. d. *vicus conſolationis*. Conſentit Hieronymus in libro interpretationum, ubi ait, *Capharnaum, ager aut villa conſolationis*: & Heſychius Καπερναούμ, χωρίον παρακλήσεως.

Καππαδοκία, ας, ἡ, *Cappadocia*. Aſiæ regio. Nomen habet ab amne *Cappadoce*. 1 Pet. 1. verſ. 1. Actor. 8. verſ. 27. cujus incolæ dicuntur *Cappadoces*. Syriacè כַּפְּדוּקְיָא Caphdukija. Hebraicè dicitur כַּפְתּוֹר Kaphtór, h. e. *glebus* **ein Fuget** Amos 9. 7. Gen. 10. 14. unde כַּפְתֹרִים *Cappadoces*. Deut. 2. ver. 23. Hoc verò poſſet videri conflatum ex כָּפַף incurvavit, & תּוּר exploravit.

Κάρπος, ου, ὁ, *Carpus*, nomen viri. 2 Tim. 4. 13. vox Græca eſt, Latinè *fructus*.

Κεγχρεαὶ, ῶν, αἱ, *Cenchreæ, arum*, nomen loci, videl. portus Corinthiorum ad ſinum Saronicum, diſtans ab urbe ſtadia LXX. Strabo lib. 8. ſic dicta à Græco nomine κέγχος, ου, ὁ, *milium*. quòd circa eum locum legumen illud copioſè creſceret. Actor. 18. ver. 18. Roman. 16. 1.

Alii

Alii ſcribunt κισχάρας, ſed mendoſe.

Κέδρων ὁ, *Kedron*, nomen torrentis indeclinabile, Hebræum origine קִדְרוֹן Kidron. a radice קדר *obſcuratus fuit*. unde benomi קדר *atratus, pullâ & lugubri incedens veſte*. Pſal. 35. verſ. 14. Job. 5. verſ. 11. Torrens ille dictus fuit קִדְרוֹן h.e. tenebricoſus à profunda & obſcura valle, per quam decurrit. Johan. 18. 1. τοῦ Κέδρων pro τῶν Κεδρών. Sic legimus 1 Reg. 15. 13. ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τοῦ Κεδρών, non τῶν Κέδρων.

Κηφᾶς ὁ, *Kephas*. Sic dictus fuit Simon frater Andreæ, à Servatore. Matth. 16. 18. ex eventu. Sic *Jacobus* dictus fuit *Iſrael. Abram Abraham* à promiſſione illi factâ. *Saul* dictus fuit *Paulus*, nomine Latino, quâ re Deus oſtendere voluit, ſe per puſillum hunc, per vas hoc infirmum, ſplendidam hujus mundi potentiam infracturum, doctrinam Evangelicam inter Gentes, quibus tum Latini imperitabant, longè latèque propagaturum. Bina ergo nomina heroibus illis fuere impoſita. Et ſolet Deus plerumque per contraria agere, ut eò magis humana ratio confundatur. *Auguſtin.* tract. 124. in Matthæum, Eccleſia (ait) fundata eſt ſupra petram, unde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro petra, ſed Petrus à petra nomen accepit. Ideo ait Dominus, Super hanc petram quod dixiſti *tu es Filius* DEI *viventis*. Super hanc ergo petram, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam. Joh. 1. v. 43. σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος, *tu vocaberis Kephas, quod eſt, ſi interpreteris, Petrus*, Syriacum origine כֵּאפָא Kipha. Hebraicè אֶבֶן é-bhen Matth. 16. ver. 18. in Syriaco eſt vox una *kipha*, quæ *petram* ſignificat. Sed in Græco textu ſunt duæ, πέτρος ὁ, & πέτρα ἡ, ubi Spiritus ſanctus propter genus Grammaticum Apoſtolo tribuit nomen quod eſt generis maſculini. Probabile verò eſt, Servatorem Syriacè locutum eſſe, ubi non ſunt duæ voces, ſed una. Inter πέτρος verò & πέτρα mihi videtur hoc intereſſe, quòd πέτρος idem ſit quod *lapis* λίθος, πέτρα verò idem quod *rupes* Mat. 26. 51, 60. Differunt ergo ut genus & ſpecies. idque interprete Euſtathio in Iliad. νδ ad verſum 137, 139. &c. Ergo ſicut à *Chriſto Chriſtianus*, ita à *petra Petrus* denominatus fuit. Vide ſupra in appellativis in voce Πέτρος plura. Sophiſtæ verò, qui abutuntur hoc loco ad ſtabiliendam ſuam ἱεραρχίαν & tyrannidem, non attendunt in dicto loco Matth. 16. 18. αἰνιγματικῶς, quæ talis eſt *figura*, ubi eadem quidem vox iteratur, ſed in alia ſignificatione: cujus generis exempla afferri poſſent permulta, Matth. 8. v. 22. Luc. 9. 26. Joh. 2. 23. 24. Joh. 3. 6. &c. Ad animum revocare debebant, de quonam *themate* fuerit colloquium illud, utrùm de CHRISTO, an de Petro. CHRISTUS ait Mat. 16. 15.

Quem

Quem vos me dicitis esse? non ait, Quem *dicitis Simonem esse?* Simon respondet suo & cæterorum condiscipulorum nomine: quam responsionem & fidei professionem Servator noster ita probat, ut novo nomine eum cohonestârit, *Petrúmque* denominârit à se *petrâ*, qui solus est Ecclesiæ *caput*, qui solus est *petra* illa, supra quam Ecclesia est ædificata, prout hoc ipse Petrus confessus est 1 Pet 2. ver. 7. Et qui in Epistolæ suæ inscriptione se non vocat ἀρχιποίμενα, seu ἀρχαπόστολον, sed solum CHRISTUMI Pet. 5. ver. 4. vocat ἀρχιποίμενα, reliquos verò verbi ministros nominat πρεσβυτέρους, se verò συμπρεσβύτερον, non ἀρχιπρεσβύτερον. 1 Pet. 5. ver. 1, Augustinum hic iis opponam, qui sermone 2. de Pentecoste hæc orthodoxè sic exponit: *Super hanc petram. Non dixit, Super hunc Petrum. Non enim super hominem, sed super fidem Petri ædificavit Ecclesiam.* Idem in Matth. sermone 14. *Super hanc petram, quam cognovisti dicens,* Tues CHRISTUS, &c. *ædificabo Ecclesiam meam, id est, super me ipsum* FILIUM DEI *vivi ædificabo Ecclesiam meam. Super me ædificabo te, non me super te.*

Κιλικία ας ἡ, *Cilicia*, nomen regionis maritimæ in Asia, ubi *Tarsus* Pauli patria, ἥτις οὐκ ἀσημος πόλις, *non obscura civitas*, uti ipse Paulus loquitur Act. 21. 39. Κίλιξ ικος ὁ, ἡ, *Cilix, icis*, nomen gentile, significat hominem ex Cilicia oriundum. per synecd. speciei ponitur pro *crudeli*. Cilices enim crudeles fuisse perhibentur. Est verò Κίλιξ ικος ὁ ἡ, ipsa radix. Alii vertunt *volvens*. sed κυλίω est *volvo*. Differunt verò ι & υ.

Κίς, ὁ, Κῖς. Actor. 13. vers. 21. nomen viri, qui fuit pater primi regis in Israële. Hebræum origine קִישׁ *Kisch*, 1 Sam. 9. 1. *durus*, a radice קָשָׁה *durus fuit*. vel à radice קָשַׁשׁ *stipulas collegit*. & per synecd. speciei *diligenter excussit*. Soph. 2. 1. q. d. *sedulus investigator*.

Κλαυδη ης ἡ, *Clauda*, nomen insulæ prope Cretam, Act. 27. 16. à Latina voce *claudus*. Ab aliis vertitur *vox fracta*, tanquam ex κλάω *frango*, & αὐδὴ *vox*. Hinc oriuntur

Κλαύδιος ου ὁ, *Claudius*, nomen Cæsaris cujusdam Act. 11. ver. 28. & 18. 2. & Κλαυδία ας ἡ, *Claudia*, nomen fœminæ. 2 Tim. 4. 21. nisi hæc malimus derivare a Latino *claudo*, quod idem est cum Græco κλείω.

Κλεόπας α ὁ, *Cleopas*, nomen viri qui erat ex discipulis Christi, ut patet ex Luc. 24. v. 18. nomen Græcum, compositum ex κλέος τὸ, *gloria*, pro quo poëtæ κλῆος, a themate κλείω *claudo*, *observo*. item *celebro, celebrem reddo*. & πᾶς *omnis*, quasi diceres, κλέος πᾶς, *gloriâ omnis*. κλέος etiam significat *rumorem*, & tum derivatur à verbo poëtico κλύω *audio*. unde est κλυτὸς ὴ ὸν, *inclytus a um. clarus, celebris*. 1 Mach. 10. 57. fit mentio *Cleopatræ*, quæ fuit filia

Ptolemæi, uxor Alexandri, quæ vox est composita ex κλέος *gloria* & πάτηρ, vel Ionicè πάτηρ, *patria*, q. d. κλέος τῆς πάτρης, *gloria patriæ*.

Κλήμης ης ὁ, *Clemens*, nomen viri. Philip. 4. vers. 3. Latinum origine, & significat *mitem*, *benignum*. Conjectat quidam vocem Latinam ortam esse ex κλέος *gloria*, & μένος *mens*, *animus*. Est enim clementia, vera animi gloria. Iram qui vincere & domare novit, verè triumphat.

Κλωπᾶς ᾶ ὁ, *Clopas*, nomen viri, contractum ex Κλεόπας, de qua voce paulò antè. Nam ε ο contrahuntur in ει, & Doricè in ω, nisi malis derivare à κλάω *frango*, & πᾶς *omnis*, quòd omnes frangat & vincat, Joh. 19. 25.

Κνίδος ου ἡ *Cnidus*, nomen insulæ oppositæ Asiæ. Act. 27. 7. à Græca voce κνίδον ου τὸ, *atriplex*, nomen herbæ purgativæ vel laxativæ. Vide Dioscor.

Κολοσσαὶ ῶν αἱ. *Colossæ arum*. civitas Phrygiæ, quæ est in Asia minori, Colos. 1. 2. videtur derivari à Græco themate κολοσσὸς οῦ ὁ, *colossus statua immensæ magnitudinis*, qualis fuit illa Nebuchadnezaris, Dan. 3.

Κορὲ ὁ, nomen viri indeclinabile, Judæ vers. 11. Hebræum origine. Num. 16. vers. 23. קֹרַח *Kórach glacies, gelu*, idem quod קָרַח Psal. 147. ver. 17. à radice קָרַח *glabravit se, calvitium induxit*. Hinc קֵרֵחַ kerèach *calvus*. & קָרְחַת karáchath *calvities*. Fuit & alius Κορὲ. Exod. 6. 21. Hebr. קוֹרֵא *legens*. Chaldaicè *præco, proclamans*. κεκραγὼν Græcè κήρυξ, Dan. 3. ver. 4. קוֹרֵא etiam *perdicem* significat. 1 Sam. 26. ver. 20. Jerem. 17. 11. sed differunt hæc duo nomina, licet Græcè iisdem exprimantur literis.

Κόρινθος ου ἡ, *Corinthus*, nomen urbis maritimæ in Achaia, quæ & Ephyra dicebatur, Actor. 18. 1. Vide Calepinum, qui eam sic dictam putat à conditore *Corintho*. Videtur Κόρινθος ου ὁ quod est nomen viri, dictum à κόρος ου ὁ, *juvenculus*, & ἰουλος ου ὁ, *lanugo*, *primus pilorum efflorescentium exortus*. Dictus ergo fuit ille Corinthus quasi juvenis barbatulus, cui primi efflorescunt pili. ἰουλος dicitur ἀπὸ τοῦ ἴουλαι & ἀνθεῖν, hoc est, prodire & florere. Hinc adject. Κορίνθιος ον. *Corinthius*. Actor. 8. ver. 8. 2 Cor. 6. 11.

Κορνήλιος ου ὁ, *Cornelius*, nomen viri. Act. 10. 1. Fuit autem familia Corneliorum Romæ clarissima. Dictum traduxit à *cornu*. Græcè κέρας ατος τό. Heb. קֶרֶן ké-ren posset videri ortum ex κεραίλιος, q. d. κέρας τοῦ ἡλίου, radius solis, **sonnenstral**. Hebræum & *cornu* & *radium* significat. Græcum etiam *cincinnos*. Inter cincinnos & radios convenit, quòd ambo ex corporibus suis, tanquam centris emittantur, & veluti promanent.

Κούαρτος ου ὁ, *Quartus*, Rom. 16. vers. 23. nomen viri Latinum. à *quatuor*. Sic in Græcis *Novellis. coll.* 3. *Tit.* 7. *No.* 20. *cap.* 5. quæstor

quæstor Græcè scibitur κοιαίστωρ ωρος ὁ.

Κρήσκης ητος ὁ, *Crescens*, 2 Timoth. 4. ver. 10. nomen viri Latinum, à themate *cresco*, quasi creascо, à creo, quod est à Græco κρίνω, *perficio*, *perfectum reddo*. Hom. κρήνον aor. 1 act. imper. *perfice*. Eurip. κραθεῖσα λίθος, *perfectus calculus*. ἄκρατος nondum ad finem perductus.

Κρήτη της ἡ, *Creta*, nomen insulæ, quæ hodie Venetis paret, olim dicta ἑκατόμπολις, hoc est, centum urbibus instructa: sed hodie, ut Budæus refert, vix τρίπολις. Nomen accepit ab incolis Curetibus, & priùs appellata fuit *Cureta*, & deinde per syncopen τὸ *u Creta*. Vide Calepinum. Actor. 27. 7. Tit. 1. ver. 5. Natal. Comes in Myth. lib. 5. cap. 13. pag 511. ait. Ammonem annonæ charitate laborantem in *Cretam* necessariò confugisse, duxisseq; filiam unius Curetum tunc imperantium, atque insulam *Cretam* nomine, priùs *Ideam* nominatam, ab uxore *Cretam* vocâsse. Κρὴς ητὸς ὁ, *Cretensis*. Tit. 1. 12. Scribitur acuto ad differentiam κρῆς, quæ vox significat *carnem*. κρῆσσα ης ἡ, *Cretensis fœmina*.

Κρίσπος ου ὁ, *Crispus*. Act. 18. ver. 8. 1 Corinth. 1. v. 14. nomen viri, ἀρχισυναγώγου, principis synagogæ, quem nos Rectorem scholæ vocamus. Latinum est origine. *crispi capilli* à τρανσλατιτιε. videtur *crispus* componi ex *crinis* & *pilus*, ubi pilorum copia innuitur.

Κύπρος ου ἡ, *Cyprus*, nomen insulæ, Act. 11. 19. & 13. 4. cujus incola dicitur Κύπριος ου ὁ, Act. ver. 36. Κύπριος τῇ γλώττῃ, *Cyprius gente*. Est verò κύπρος ου ἡ, propriè arbor quædam, folia habens oleæ foliis similia. Dioscor. lib. 1. ca. 125. Notatio insulæ à simili. Hinc Latinum *caprum*, Germanice *t'upfer*, ab illa insula, quæ metallo isto abundabat.

Κυρήνη ης ἡ, *Cyrene es*. Act. 2. ver. 10. nomen urbis in Assyria, sic dicta ab Hebr. קִיר, hoc est *murus*, *paries*, Levit. 1. 15. Notatio est à simili. Planè eâdem ratione Olynth. 3. Demosthenes *oppidum* seu *propugnaculum* (προκαιμάπον ἢ ὀχύρωμα) quoddam vocat τεῖχος per synecd. membri. Vocatur autem Cyrene קִיר 2 Reg. 16. v. 9. quam tamen sententiam Fr. Junius dicto loco rejicit. Alii eam habent prò urbe Libyæ nobilissima. Vide Calepinum Hinc est adjectivum κυρηναῖος αία αιον. Drus. Duplex *Cyrene*; una *Lybiæ*, altera *Assyriæ*. De priori Actor. 2. ver. 10. De altera vide Amos 9. ver. 7. *Cyrenæus a um*. Matth. 27. vers. 32. Act. 11. 20.

Κυρίνιος ου ὁ, *Quirinus*. Luc 2. 2. nomen origine Latinum. Romulus primùm dictus fuit Quirinus, ab antiqua voce *quiri*, hoc est, hasta, quòd hastatus incederet. Hinc Romani olim dicti fuêre *Quirites*. Proverb.

Cum gruibus nunquam gesserunt bella Quirites.

Κῶς κῶ ἡ, *Cos*, nomen insulæ in mari Ægeo, una Cycladum. Est verò Κῶς quartæ declinationis simplicium, quæ est declinatio

Attica. Dicitur Κῶς per crasin, pro Κόος, quod est à Græco κέω, hoc est, χέζω *findo*. vel à κεῖμαι *jacere cupio*, unde est κεῖμαι *jaceo, pono*. Actor. 21. ver. 1. ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶ. *Venimus in Coum*. Hinc incola illius Insulæ, quæ Hippocratis patria fuit, dicitur Κῷος *Cous*, Κῴα *Coa*.

Κωσάμ ὁ, *Cosam*, Luc. 3. v. 28. nomen viri. Hebræum origine, à radice קָסַם *divinavit*. קֹסֵם *divinans*. Deut. 18. ver. 10. Est verò קֹסֵם benoni Kal. gen. masc. sing. num. in pl. num. קֹסְמִים, ad formam פֹּקֵד פּוֹקְדִים. participia in omnibus linguis propter affinitatem, quæ iis cum nominibus intercedit, persæpe nominascunt, hoc est, pro nominibus, & quidem pro substantivis capiuntur.

Λάζαρος ὁ, *Lazarus*. Luc. 16. 20. Johan. 11. 1. à לָצַר undeest סָלַצַר, q. d. *thesaurarius*. Alii ex ל quod à לֹא *non* & עֵזֶר *auxilium*, q. d. auxilio aliorum destitutus. Alii existimant לְעָצַר per aphæresin dictum pro אֶלְעָזָר, vide supra Ἐλεάζαρ. Syrus scribit לעזר. unde *Drusius* putat Hebraicè scribendum אלעזר. adeo ut *Lazarus* & *Eleazarus* idem valeant.

Λάμεχ ὁ, *Lamech*, nomen viri indeclinabile. Luc. 3. 36. Hebræum origine לֶמֶךְ. Gen. 4. 18. & 5. 25. cujus etymologiam ignorare me fateor. Fuit olim radix לָמַךְ, cujus significatio & usus jam nullus. Alii conjectant dici à radice מָךְ *attenuari, depauperari, in angustias, ad inopiam redigi*, q. d. *miser*.

Λαοδίκεια ας ἡ, *Laodicea*, nomen urbis in Asia minore haud procul sitæ à Colossis & Hierápoli, Col. 4. v. 13. vox composita ex λαὸς *populus*, & δίκη *jus*, q. d. *jus populi*. Hinc Λαοδικεὺς έως ὁ, *Laodicensis*, Col. 4. 16.

Λασαία ας ἡ, *Lasea*, nomen urbis. Act. 27. 8. vox hæc affinis est Græco themati λάσιος *hirsutus*. item *herbidus*. Xen. hellen. 4. χῶρος λάσιος τὸ χωρίον, *locus ille erat herbidus, arboribúsque & fruticibus consitus*.

Λεββαῖος αίου ὁ, *Lebbæus*, nomen Apostoli, qui cognominatus fuit Thaddæus. Matth. 10. 3. לבי *Labi* absque dagesch forti, quod Syris est inusitatum, à radice לֵבַב Syriacè *cordatum fecit*. unde est לֵב *cor*. Job. 11. ver. 12. תַּדַּי Thaddæus verò à Syro-chaldaico תְּדַי quod idem significat, quod Hebræum שַׁד *uber, mamilla*. Alii vertunt *confitentem, laudantem* tanquam à יָדָה unde est nomen תּוֹדָה *confessio, laus*. sed malè, quia sic scribendum foret תְּוֹדִי *Thaudæus*, vel *Thadæus*. At scribitur תַּדּ vel תַּדִּי. תַּדְיָא, τίτθος, τίτθη, *mamma, mammilla*. pro Hebræo שַׁד, שׁ in ת mutato.

Λευΐ & Λευείς, Levi. Luc. 5. v. 29. *Gen.* τῷ Λευΐ. Luc. 3. 29. Apoc. 7. 7. ἐκ φυλῆς Λευΐ, ex tribu Levi. *Dat.* τῷ Λευΐ. *Accus.* τὸν Λευΐν, Luc. 5, 27. ἐθεάσατο τελώνην, ὀνόματι

ἐνόμαπε Λευΐν, confpexit publicanum, nomine Levin. Fuit autem primò *Levi* dictus, tertius filius Jacobi Patriarchæ. Hebr. לֵוִי. Gen. 29.34. *Lea enim peperit filium, & dixit, Nunc demum ſe adjunget mihi vir meus* יִלָּוֶה אִישִׁי אֵלָי à radice לָוָה *mutuò dedit*, item *adhæſit*, in niphal נִלְוָה *adjunctus fuit*. Levi ergo dicitur quaſi *adhæſionis filius*. Sperabat enim Læa, maritum Jacobum arctiori amoris vinculo in poſterum adhæſurum ipſi, quòd nunc tres filios ei peperiſſet, Rachel verò nullum. Matthæus quoque dictus fuit Levi, Luc. 5.v. 29. Λευΐτης ου̃, *Levita*. Johan.1. 19. Λευιτικὸς ὢν, *Leviticus a um*. Heb.7. 11. διὰ τ Λευιτικῆς ἱερωσυνης, per Leviticum ſacerdotium.

Λιβύη ης ἡ, *Libya*, nomen regionis. Heb. vocatur ּלוּב. Gen. 10.v. 6. *Put* Græcè Φύθ. Latinè vertitur *Aphrica*, quæ ſic dicta fuit à tertio filio Chami, cui tale nomen fuit impoſitum. à Syriaco ּלוּב *ſufficit*, q.d. *dives, pinguis*. Derivatur verò Λιβύη à nomine Λίβυς υος ὁ, *Afer, Pœnus*. in fœm.gen. Λίβυσσα ὄρνις, Aphrica avis. Λίβυσσα ἄλσος, Aphricum mare. Derivatur à λιψ λιβὸς ὁ, *Ventus Aphricus*. Thema eſt λίβω *ſtillo*, ex λείβω *fundo*. Futur. ψω. ὀδυρ. ε. δάκρυα λείβων, lacrymas fundens. ὀδυρ. π. δάκρυσι εἴδειν εἰδέειν per Aphæreſin pro λείδειν. Sic ἆτα pro γᾶτα. Λίβυς *Afer* ergo nomen accepit à regione verſus Λίβα ſita. Sic Norvegia ab aquilone, Auſtria ab auſtro, Weſterwald à Zephyro, &c. nomina ſua olim acceperunt.

Λιθόστρωτος ου̃, *Lithoſtrótus*, nomen loci, ubi Pilatus pro tribunali ſedens, *Chriſtum* Dominum noſtrum morti adjudicavit, Johan.19.13 Eſt verò Λιθόστρωτος inomen adiect. Græcum gen.communis, compoſitum ex λίθος ου̃, *lapis*, & στρωτὸς ἡ ὸν, *ſtratus a um*. à radice στόρνυμι, *ſterno*. Fut. στρώσω. Præt. ἔστρωκα, q. d. lapidibus ſtratus, **mit ſteinen gepflaſtert.** vide ſupra Γαββαθὰ.

Λίνος ου̃ ὁ, nomen viri *Linus*. 2 Tim.4.21. G. *vete*, ſcil. ex lineis funiculis factum. ἐλιαδ. π.

Λουκᾶς ᾶ ὁ, *Lucas*, nomen Evangeliſtæ, qui fuit profeſſione medicus. Col.4.4. Apoſtoli Pauli comes perpetuus. Philem. 24. Actor. 20.6.& 21. 15. Col.4.14. 2 Tim.4.11. vide Λούκιος.

Λούκιος ου̃ ὁ, *Lucius*, nomen prophetæ. Act. 13. 1. Rom. 16.21. ſic dicitur à luce : quod nomen impoſitum ſuit iis, qui oriente ſole nati fuerunt.

Λύδδα ης ἡ, *Lydda*, civitas Palæſtinæ in littore magni maris ſita. Actor. 9.35. quæ etiam Διόσπολις, hoc eſt, *Iovis urbs* nominatur, 1 Mach. 11.v.34. Dicitur etiam Λύδη pro Λύδδη. videtur ergo oriri à Λυδὸς οῦ ὁ, *Lydus*. Sunt verò Lydi populi quidam Aliæ. Hinc Λύδιος λίθος, *Lydius lapis*, coticulæ genus in Lydia frequens, quo aurum explo-ratur, **ein probierſtein.** vel à לוֹד *Lud*, filio Semi. Geneſ. 10 22. à יָלַד

יָלַד *genuit.* item *peperit*, unde יָלוּד *natus*, & per aphæresin תּוֹלַד. Sic לֵדָה *partus.* Jerem. 13.v.21.ubi jod quoque adjicitur.

Λυδία ας ἡ, *Lydia*, nomen mulieris. Actor. 16. 14. Vide vocem præcedentem.

Λυκαονία ας ἡ, *Lycaonia.* Act. 14.v. 6. nomen regionis in Asia, Cappadocibus finitima. Videtur composita ex λυκος, & Doricè λυκᾶ, *lupina pellis.* λυκᾶν, & per crasin λυκῶ, subintelligitur δορᾷ *pellis*,& verbo ὄρνυμι *juvo*, Fut. ὀρνύσω. a. 1. ὄρνυσα *juvi.* ὄφελος *utilis.* Videtur ergo Lycaonia dici quasi *Lupina.*

Λυκία ας ἡ, *Lycia*, provincia Asiæ. Act. 27. 5.cujus etiam fit mentio 1 Mach. 15. 23.à Græca voce λύκος ὁ, *lupus.*vel λύκιον τὸ,*lycium*, arboris spinosæ genus.

Λυσανίας ου ὁ, *Lysanias*, nomen præfecti Romani, Luc. 3. 1. vox Græca composita ex λύω. Futur. λυσω & ἀνία ας ἡ, *molestia, tristitia*, quasi dicceres, dissolvens tristitiam.

Λυσίας ου ὁ,*Lysias.*Act. 24.23.à themate λύω.λύσις εως ὁ, qui dissolvit. Act.24.7.Fuit dux exercitûs,t'r egfobaister.

Λύστρα ας ἡ, *Lystra*, nomen civitatis in Lycaonia. Act. 14. 6, 21,& 16.1. Legitur etiam pluraliter in neut. gen. Λύστρα ων τὰ, *Lystra, orum.* Actor. 14.8.καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις, *quidam autem vir Lystris.* Hanc eandem civitatem nominari μύρα Act. 27.v.5. quidam existimant, de qua voce suo loco. Vocem λύστρα derivant alii παρὰ τὸ λύειν, à dissolvendo. Vide Bezam Act. 27. 5. Λύστρηνος ου ὁ, *Lystrensis.*

Λωις ίδος ἡ, *Lois idis*, nomen piæ matronæ,quæ fuit Timothei avia, 2 Tim. 1. 5.sic dicta quasi λωίων *melior*, q. d. quam magis volumus. λαῶ, contractè λῶ *volo.* ὤνυσι. a. λωίτερος *melior*, tanquam à λωΐς. pro λωΐων in prosa legimus λφων. λώιστος *optimus*, & contractè λῶστος.λῴον *melius, satius.Adagium.* λῴον τὸν δεῦρο μεῖν, ἢ κακῶς δεῦρο μεῖν, *satius est citi cuitione uti, quàm malè currere.*

Λωΐ ὁ, nomen proprium viri ἄκλιτον. Luc.17. 28. ὸν ὑμεῖς εἴπατε Λωΐ, tempore Loti. 2 Pet. 2.7. Λώτου Λωΐ, . justum Lotum. Hebræum origine. לוֹט. Gen.11. ver.27. à radice לוּט *occultare, contegere, abscondere, obvolvere.* לָט *clam.* Græcè λάθρα. לֶט *absconsio.* Hæc ipsa vox legitur appellativè. Genes. 37.24. & significat *vestimam pretiosam*, quæ dicitur στολὴ à Septuag. hoc est, *stillans.* à verbo στάζω *stillo.* item *fundo, instillo*, quamvis interpretes varient, & ab aliis לוּט hoc loco non reddatur στολὴ. קוּט verò nomen proprium significat *absconditum, obvolutum*, hoc est, *clypeo providentiæ divinæ contectum.*

Μαδδαδαί ὁ,nomen viri ἄκλιτον,Hebr origine, Luc.3. ver.26. מַעֲדַי Nehem. 10.35.q.d. *vacillans,nutans*, à rad. מָעַד *nutavit, vacillavit.*

Μαγδαλά, vulgata versio. *Maggedan,*

Maggedan, eſt nomen loci. Matth. 15. verſ. ult. Hebræum origine מִגְדָּל *turris*. àradice גָּדַל *magnus fuit*. Dicitur etiam מִגְדַּל 2 Sam 22. verſ. 51. Eſtque nomen proprium loci, Exod. 14. 2. quamvis non idem locus, de quo Matth. 15. 39. ſignificetur, ſed alius in Ægypro prope mare rubrum, ſeu ſinum Arabicum. Solet verò uſu perſæpe venire, ut idem nomen diverſis tribuatur locis.

Μαγδαλιὴν ἡ, *Magdalene*, nomen proprium mulieris. Luc. 8. verſ. 2. Syriacè מַגְדְּלִיתָא *Magdeletha*, hoc eſt, *magnifica, florida, creſcens*, à radice גָּדַל *magnus fuit, crevit*. Luc. 8. ver. 2. Litera מ eſt heemantica. Druſius derivat à vico *Magdala*, vel certè à מִגְדָּל Chaldaicè *turris*. ut ergo à *monte montanus*, ita à *turri turrenſis* dicetur, inquit Hieronym. Μαεία ἡ καλουμένη Μαγδαλιὴν, ἀφ᾽ ἧς δαιμόνια ἐκπεπώκει. 3. pluſquamperf. med.

Μαγὼγ ὁ, nomen proprium filii Japhethi, Geneſ. 10. 2. Hebraicè מגוג à quo Scythæ familiam ſuam trahunt, qui ipſi primùm Magogi dicti fuere, Apoc. 20. verſ. 8. à radice inuſitata גוג unde eſt nomen גג *tectum*. in plur. גגות *tecta*. Mem litera in *Magog* eſt litera heemantica, & idem valet quod *tegumentum, munimentum*.

Μαδιὰμ ἡ, *Madian*, nomen proprium regionis. Hebr. מִדְיָן *Midian*, quæ ſic dicta fuit à filio Abrahami nati ex *Cetura* uxore ultima, Geneſ. 25. v. 2. & 36. ver. 35. Significat autem *judicium*. à radice דוּן *judicare, diſceptare*. Jerem. 22. 16. דָּן דִּין עָנִי *judicavit cauſam pauperis*. Hinc eſt מְדִינָה *regio*, q. d. juriſdictio, uti vulgus loqui ſolet, Eſth. 1. ver. 22. in Nov. Teſtam. legitur Act. 7. 29. Litera *mem* in principio vocis, & ה in fine ſunt heemantica.

Μαθουσάλα ὁ, nomen filii Enochi indeclinabile. Luc. 3. ver. 37. Hebr. מְתוּשֶׁלַח Geneſ. 5. ver. 21. vox compoſita ex מוּת *mors*, & שָׁלַח *miſit, immiſit, præmiſit, tranſmiſit*. in pihel שִׁלַּח *expulit, ejecit*. Hinc שֶׁלַח *miſſile, gladius*. in plur. num. *propago ejus*. Cantic. 4. ver. 13. Dicitur ergo *Mathuſala*, hoc eſt, mortem expellens.

Μαϊνὰν ὁ, *Mainan*, nomen viri indeclinabile. Luc. 3. verſ. 31. vulgata verſio *Menna*, q. d. *præparatus*. à radice מָנָה *numeravit*. in pihel מִנָּה minnah *præparavit*.

Μακεδονία ἡ, *Macedonia*, regio Græciæ. à themate Græco μάκος τὸ, pro quo Dores dicunt μᾶκος τὸ. *longitudo*, unde eſt μακρὸς ἡ ὸν, *longus*. Hinc apud poëtas μακεδνὸς *longus*, unde dicitur μακεδνία. Act. 16. 9. 1 Cor. 16. 5. Philip. 4. 15. 1 Tim. 1. 3 Μακεδὼν ὁ, *Macedo, Macedonis*, incola

Macedoniæ. Act. 16. in dativo plur. Μακεδόσι. 2 Cor. 9. 2.

Μακκαβαῖος ὁ, *Maccabæus*. Heb. מַכַּבִּי, nomen compositum ex primis literis vocum earum quas in vexillo suo expressas Duces Judæorum habuerunt, desumpta ex Exod. 15. 11. יְהוָה מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם, hoc est, Quis sicut tu inter fortissimos Domine?

Μαλελεὴλ ὁ, *Malaleel*, filius Cenani, de quo Gen. 5. 12. Heb. מַהֲלַלְאֵל *Mahalaleel*, hoc est, laudans Deum. componitur ex מְהַלֵּל Mehallél *laudans*. Est benoni piel à radice הָלַל insanire, in piel הִלֵּל laudare, & ex nomine אֵל Deus: quo nomine parentes filium admonere voluerunt de *fine hominis*, qui est ut Deum laudemus. Luc. 3. 37.

Μάλχος ὁ, *Malchus*, nomen servi pontificis, cujus auriculam Petrus absciderat. Johan. 18. 10. Est verò origine Hebræum מֶלֶךְ *rex*, à radice מָלַךְ *regnavit*, cui voci cognata est Græca μαλακὸς mollis, q.d. *regius*.

Μαναὴν ὁ, *Manaën*, nomen proprium viri ἀκλίτου. Act. 13. 1. Fortè idem est quod מְנַחֵם Menachem. Latinè scribitur *Manahem*, hoc est, *consolator*. estque benoni pihel à radice נחם & legitur ut nomen viri 1 Reg. 15. v. 14. ut verbum Thren. 1. 2. In Syriaca tamen N.T. versione est מנאיל *Manail*, q.d. vas seu instrumentum Dei. compositum ex Syriaco אֵיל *il*, hoc est, Deus. Hebraicè אֵל *el*, & nomine מָן vel מָנָא, quod idem est cum Hebr. בְּלִי Judic. 18. In Chaldaica versione מָנֵי קְרָבָא instrumenta seu arma belli, hoc est, bellica. Tremell. annotat ad Actor. 13. ver. 21. eos qui inter Judæos מְנַחֵם vocentur, ab exteris, quibuscum commercia habent, nominari *Manuel*, cujus quidem rationem se fatetur ignorare.

Μανασσῆς, *Manasses*, filius primogenitus Josephi, Gen. 41. ver. 51. מְנַשֶּׁה *Menaschsche* benoni pihel, hoc est, *faciens oblivisci*. à radice נָשָׁה *oblitus est*, in piel נִשֶּׁה *fecit oblivisci*. Notationem ipse Josephus reddit, ubi Gen. 41. 51. ait Ὅτι νενίκηκέ με ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι πάντων τῶν κακῶν μου, *quia Deus me fecit oblivisci omnem laborem meum*. ubi נְשַׁנִּי legitur pro נְשַׁנֵּי, nempe patach pro chirek. Deinde filius Ezechiæ regis sic dictus fuit 2 Reg. 21. 1. de quo Matth. 1. v 10. Declinatio nominis hujus variat. in Genit. Μανασσῆ. Apoc. 7. ver. 6. ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, ex tribu Manassæ. in Accus. Μανασσῆ, Matth. 1. ver. 10. Ἐζεκίας ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς ἐγέννησε τὸν Ἀμών.

Μάρθα ας ἡ, *Martha*, nomen mulieris, quæ fuit soror Lazari illius, quem Christus excitavit a mortuis. Johan. 11. v. 1. 20. videtur dici à מָרַת *amaritudo*. 2 Sam. 2. v. 26. מָרַת נָפֶשׁ *marâth nâphesch* amara animo, hoc

hoc eſt, *valde triſtis*. 1 Sam. 1. 10. vel derivatur à Syriaco מַר, quod idem eſt cum Hebræo רַב *magiſter*, *doctor*: unde eſt in Novo Teſt. 1 Cor. 16. v. 22. μαράν, hoc eſt, magiſter ſeu dominus noſter. Et ſic *Martha* idem valeret quòd *magiſtra*.

Μαρία ας ἡ, *Maria*. Mat. 1. 18. Marc. 16. v. 9. nomen beatæ virginis, τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου, declinatur ut φιλία. Hebraicè מִרְיָם *Mirjam*. Græcè Μαριὰμ ἡ, & in hac terminatione eſt indeclinabile. radix ejus eſt מָרַר *amarus fuit*. unde eſt מַר *amarus* מָרָה *amara*. Hinc *Mara*, nomen proprium loci. ab amaris aquis ſic dicti. Exod. 15. v. 23. Naomi de ſe ſic loquitur Ruth. 1. ver. 20. Nè vocate me (נָעֳמִי) *Nahomi*, vocate me *Mara* (מָרָא) eò quòd amaricavit, hoc eſt, triſtitiâ affecit Omnipotens me valde. Ergo *Mara* vel *Maria* ſignificat *amaram*, hoc eſt, *valde triſtem*, per metaphoram. Sicut enim amara palato accidunt injucunda, ita animo mœror. Affine verbo מוּר mutare, quòd mœror hominem mutare ſoleat. Hinc Simeon ad beatam virginem dixit, Luc. 2. ver. 35. "*Quin & tuam ipſius animam trajiciet gladius*, hoc eſt, mœror maximus, ubi videbis filium hunc tuum ab hoſtibus rapi ad ſupplicium. Mariæ plures in N. Teſt. memorantur, Mater Domini noſtri, Mat. 1. 16. Magdalena, Luc. 7. 38. ſoror Marthæ, Johan. 11. 5. Cleopæ uxor, Luc. 24. 12. Joh. 19. 26. Jacobi minoris mater, Matth. 27. 66. Marc. 15. 40. Johannis Marci mater Act. 12. 12.

Μάρκος ου ὁ, *Marcus*, Act. 12. 12. nomen proprium viri. Sic Latinè dictus, quia natus fuit menſe Martio. Sed hoc viri Hebræi nomen potius derivavere ab Hebræo verbo מָרַק marák, hoc eſt, polivit, terſit. Syriacè מַרְקוֹם *Marcus*.

Ματθαῖος ου ὁ, *Matthæus*, nomen Apoſtoli qui ante vocationem & converſionem fuit publicanus, & mammonæ ſervivit, Matth. 9. 9. qui etiam Levi dictus fuit, de quo nomine vide ſuo loco. Fuit ergo binominis. Eſt verò hoc nomen origine Hebræum. Syriacè ſcribitur מַתַּי *Matthai*, à radice מָתַן *dedit*. Hinc מַתָּן *donum*, quaſi datum dicat. Dicitur ergo *Matthæus*, quaſi *donatus*, à *Deo datus*.

Ματθάν ὁ, *Matthan*, Mat. 1. 15. nomen viri ἄκλιτον, ab Hebræo מַתָּן, hoc eſt, *donum*. nomen. g. m. à radice נָתַן *dedit*. Mem prima litera eſt heemantica, h. e. indicat nomen verbale.

Ματθάτ ὁ, *Matthat*, Luc. 3. 24. nomen viri ἄκλιτον. ab Hebræo מַתַּת, hoc eſt, *donum*. à radice נָתַן. Dicitur *Matthat* pro Manthat. Eſt enim radix ex defectivis ye & lamed nun. Mem eſt litera heemantica.

Ματθίας α ὁ, *Matthias*. Act. 1. 23, 26. nomen Apoſtoli, in locum Judæ proditoris ſuffecti. Syriacè מַתְיָא. Hebraicè מַתִּתְיָה

vox

vox compoſita ex nomine מַתָּן *donum*, & יהוה *Deus*, quaſi diceres, donum DEI, idémque ſignificat quod Græcum Θεόδωρος, *Theodorus*, *Nathaniel*, *Jonathan*, *Thodoretus*, *Theodoſius*, *Theodotus*, *Diodotus*, (Thucyd. libro tertio) *Diodorus*, *Dorotheus*, *Dorotheus*, &c. q.d. *à Deo datus*.

Ματταθίας ὁ, *Mattathias*, nomen viri ejuſdé cum præcedente originis & flexionis, Luc. 3. 25.

Ματθάθ ὁ, nomen viri ἄκλιτον idem cum præcedente. Luc. 3. v. 31.

Μελεᾶ ὁ, *Melea*, nomen proprium viri ἄκλιτον, Luc. 3. 31. vulgata verſio *Melcha*. Sed derivatur à radice מָלֵא malé, *plenus fuit*, מָלָא *implevit*. à qua voce eſt Græcum μέλα, valde. *Melea* ergo, q.d. *plenus*, *abundans*.

Μελίτη ης ἡ, *Melita* nomen inſulæ inter Epyrum & Italiam ſitæ verſus Siciliam, in mari mediterraneo, origine Græcum μέλι ιτος, *mel*, q. d. *melliflua*, μελιτίνη, Act. 28. 1.

Μελχὶ ὁ, *Melchi*, nomen viri ἄκλιτον. Luc. 3. 28. Hebr. מַלְכִּי *rex meus*. vox conjuncta ex duabus. *jod* in fine eſt affixum 1. perſ. ex pronomine אֲנִי *ego*. vox ſeparata eſt מֶלֶךְ *rex*, à radice מָלַךְ *regnavit*.

Μελχισεδὲκ ὁ, *Melchiſedecus*, nomen indeclinabile viri; compoſitum ex מֶלֶךְ *rex*, & צֶדֶק *juſtitia*, q. d. rex juſtitiæ, hoc eſt, rex juſtus, Hebr. 5. ver. 6. & 7. 1. Heb. מַלְכִּי־צֶדֶק Geneſ. 14. 18. fuit מֶלֶךְ שָׁלֵם *rex Schalem*, quæ urbs deinde dicta fuit *Jeruſalem*. Nec tantùm rex fuit, ſed etiam ſacerdos Dei excelſi, typus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Heb. 7. 1.

Μεσοποταμία ας ἡ, *Meſopotamia*, nomen regionis, majoris Aſiæ & Syriæ pars. compoſitum ex μέσος *medius*, & ποταμὸς *fluvius*, q.d. *interamnis*, ſita inter Tigridem & Euphratem, flumina nobiliſſima, quibus fluminibus, veluti inſula quædam amœniſſima, cingitur. In quo ipſo loco *Paradiſum* fuiſſe, veri eſt ſimile. Actor. 7. ver. 2. Hebraicè verò vocatur אֲרָם נַהֲרַיִם *Arám nahará-jim*, hoc eſt, Syria duorum fluviorum, q. d. Syria interamnis. Eſt enim נַהֲרַיִם dualis numeri, & ſignificat duo flumina, à ſingulari נָהָר fluvius. in plur. num. נְהָרִים, Iſa. 18 2. in duali num. נַהֲרַיִם Na hará-jim, Gen. 24. 10. a radice נָהַר *fluxit*. Vocatur etiam פַּדַּן אֲרָם campus Syriæ, hoc eſt, Syria campeſtris: Appellatur etiam ſimpliciter פַּדָּן *campus*, κατ' ἐξοχὴν. Heb. אֲרָם שֹׁרָה verò *Aram* eſt nomen proprium viri. Gen. 10. v. 22. prout pleræque regiones à primo incola nomen ſuum acceperunt. אֲרָם à רוּם altum eſſe. אֲרַמִּי *Syrus*. Gen. 25. 20. nomen gentile, qui eſt ex Meſopotamia. Dageſch forte in *Mem* videtur hic indicare radicem רָמַם *tolli*, *elevari*.

Μεσσίας,

Μεσσίας ου ὁ, *Messias*, cognomen Domini nostri JESU, quo officium ejus triplex indicatur. vide in appellativis thema χρίω. Hebræum origine מָשִׁיחַ, hoc est, *unctus*: à radice מָשַׁח *unxit*. Joh 4 25.

Μῆδος ου ὁ, *Medus*. Sunt verò Medi populi, maris Caspii versus orientem accolæ, Actor. 2. 9. Hinc Μηδία ας ἡ, *Media*, quæ est provincia Asiæ, Plin. lib. 6. c. 26. Hanc sic appellatam à *Madai* מָדַי, Japheti filio, Josephus lib. 1. cap. 14. Judaic. Antiquit. refert. Hieronymus ipsam inter flumina Indum & Tigrim collocat, Jerem. 25. 25. מָדַי *Madai* verò Genes. 10. 2. qui primus Medorum genti nomen indidisse fertur, sic dictus à מָד *mensura*, vel *vestis*, quæ est corporis nostri mensura. מִדָּה *dimensio*. אִישׁ מִדָּה *vir dimensionis*, h. e. procerus, 1 Chron. 20. v. 9. à radice מָדַד contractè מָד *mensus est*. unde etiam est inferiorum Germanorum **meten**, pro quo superiores Germani dicunt **messen**. Madai ergo Japheti filius, à quo postea Media ita dicta fuit, à metiendo nomen accepit.

Μίλητος ου ὁ, *Miletum*, nomen urbis in Asia maritima. G. Actor. 20. 15 à μίλτος ου ἡ, *minium*. μίλτος Λημνία, terra Lemnia. Sic ergo vocatur, q. d. *coccinea*, seu *rubra*.

Μιτυλήνη ης ἡ, *Mitylene*. Act. 20. 14. Nomen insulæ in mari mediterraneo versus Asiam. Videtur vox composita ex nomine μίτυς υος ἡ, *cera impuri*, & λαὸς οῦ ὁ, *torcular*, *prelum torcularium*. vel à nomine μίτυλος *mutilus*.

Μιχαὴλ ὁ, *Michael*, nomen angeli ἄκλιτον, Judæ v 9. מִיכָאֵל compositum ex pronomine מִי quis, ex adverbio similitudinis כְּ, & nomine אֵל Deus, hoc est, *Quis est sicut Deus?* Solent nomina angelorum desinere in אֵל. Sunt enim legati & ministri Dei. Dan. 10. v. 13. Tribuitur etiam hominibus, Num. 13. ver. 14. 1 Chron. 7. 3.

Μνάσων ωνος ὁ, *Mnason*, G Act. 21. 16. nomen proprium viri, à μνάω ῶ, in memoriam revoco. F. μνήσω, & Doricè μνάσω. *part.* F. 1. *act.* μνήσων, & Doricè μνάσων, q. d. *hortator*. Confer suprà nomen proprium Ἰάσων.

Μολόχ ὁ, *Moloch*. מֹלֶךְ nomen ἄκλιτον idoli Ammonitarum, 2 Reg. 23. ver. 10. Actor. 7. v. 43. quod etiam *Milcom* dicitur 1 Reg. 11. ver. 33. מִלְכֹם. item מַלְכָּם *Malcam*, Jerem. 49. v. 1. q. d. *rex eorum*. ם finale est affixum 3. pers. plur. num. gen. m. vox separata מֶלֶךְ rex. *Moloch*, Heb. מֹלֶךְ *Molech*, hoc est, *regnans*, est benoni Kal, à radice מָלַךְ *regnavit*.

Μυσία ας ἡ, *Mysia*, provincia Asiæ, nunc Æolis dicta, quam Paulus adiit, Act. 16. 7. sic dicta à nomine μῦσος ους τὸ, *scelus*, *facinus detestandum*, *flagitium execrabile*.

execrabile. μυσὸς ὕδ, *abominabilis.* Heſychius, Euſtath. derivat παρὰ τὸ μῦσαι, ut ſit ὃ μύεσθαι ad quod oculos claudimus, ejus turpitudinem intueri haud ſuſtinentes. Dicitur ergo *Myſia*, quaſi *abominabilis*, *ſceleſta.*

Μύρα ων τὰ, *Myra orum*, nomen oppidi in Lycia, Act. 27. 48. ſic dicta à verbo μύρω, *fluo, ſtillando.* μυεσμαι lacrymor. ὀδυσσ. τ. Οἶκτρα ἐπ' ἀλλοδίῳ χρόοντό τε, μυρόμενόν τε, *domi alienæ lugentem, lacrymantémque.*

Μωσῆς *Moſes.* nomen prophetæ Filia Pharaonis Moſi hoc nomen impoſuit, Exod. 2. ver. 10. *Et vocavit nomen ejus Moſen, & dixit, quia ex aquis* (מְשִׁיתִהוּ) *extraxi eum.* Hebraicè מֹשֶׁה Moſché *extractus*, ubi מָשׁ ponitur pro מָשָׁה. Joſephus Antiq. Jud. lib. 2. cap. 5, 9. vocem hanc aliter interpretatur, & ait, dictum fuiſſe *Moſen*, quòd projectus fuerit in profluentem, & ad hoc caſu nomen ei fuiſſe impoſitum. Aquam enim Ægyptii (ut tradit) vocant *mo: yſes* verò *ſervatus*, q. d. ex aqua ſervatus. Probabiliter hæc affert, quòd filia Pharaonis locuta fuerit Ægyptiacè, non Hebraicè. Sed res & ſenſus ferè eódem redit. Senſum verborum Moſes Hebraicè expreſſit. Declinatio hujus nominis (quod eſt ἰνδέκλινον) variat, quam propter juniores ſubnotare volui. *Nominativus* ὁ Μωσῆς (tanquam contractum ex Μωσέας.) Johan. 7. 22. Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, Moſes, (hoc eſt, ſcripta Moſis, quæ ſunt δεύτερον, per metonym. efficient.) dedit vobis circumciſionem. Legitur etiam in nominativo caſu Μωυσῆς, Act. 7. 37. ubi υἱὸν præterea additur. Juxta Hebræam vocem ſcriberetur Mōſché, ſed Græci Hebræum Ω emollire ſolent, & ut pluriùm pronuntiare tanquam Ω vel Ο. *Genitivus* τοῦ Μωσέως, Matth. 23. 3. Luc. 24. 27. ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως, incipiens à Moſe. item τῶν Μωυσέως, Actor. 15. 1, 5. Heb. 9. 19. *Dativus*, τῷ Μωσῇ, Joh. 9. 29. Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς, Moſi Deus locutus eſt. Matth. 17. 4. Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ. item τῷ Μωσεῖ. 2 Tim. 3. ver. 8. ἀντέστησαν Μωσεῖ. reſtiterunt Moſi. Exod. 3. v. 12. τῷ Μωσεῖ. *Accuſat.* τὸν Μωσῆν. 1 Corinth. 10. 2. εἰς τὸν Μωσῆν, בְּמֹשֶׁה per Hebraiſmum, pro εἰς Μωσέα, *per Moſen*, Luc. 16. ver. 29. ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, habent Moſen & prophetas. item Μωυσῆν, Exod. 3. 14. *Vocat.* ὦ Μωσῆ, Exod. 3. 4. ἐκάλεσεν αὐτὸν Κύριος ἐκ τῆς βάτου, λέγων, Μωσῆ, Μωσῆ, vocavit eum Dominus ex rubo, dicens, Moſe, Moſe.

Ναασσὼν ὁ, *Naaſſon*, nomen viri ἀκλίτον. Hebr. נַחְשׁוֹן nachſchón, 1 Chron. 2. v. 10. hoc eſt, *anguiculus*, ſeu *parvus ſerpens.* diminutivum eſt à nomine נָחָשׁ *ſerpens.* Vel ſignificat *æreum*, ſeu *chalybeum*; à נְחֹשֶׁת *æs*, *chalybs.* Radix eſt נָחַשׁ in pihel auguratus eſt, divinavit, conjectavit, expertus

tus eſt, Matt. 1.4. Luc. 3.32. Druſius putat *Naaſſon* Latinè ſcribendum cum aſpiratione, nempe *Nahaſſon*.

Ναγγαὶ ὁ, *Naggai*, vel *Naggæus*. Druſius putat rectiùs ſcribi Latinè *Nagge*, quàm *Naggæ*: ut ab Ἰεσσαὶ *Ieſſe*, non *Jeſſe*. à Μιχαίας *Michæas*, non *Michæas*. Neque enim agnoſcit diphthongum Syrus in fine. Syrus נַגַּי, nomen viri ἄκλιτον. Luc. 3. 25. Hebræum origine; à radice נָגַהּ *ſplenduit*. נֹגַהּ *ſplendor*. in piel נִגַּהּ *fecit ſplendere*, hoc eſt, illuminavit. Sed ſolum *Kal* eſt uſitatum. Ergo *Naggai* reddi poteſt *illuminans*, ſeu *illuſtrans*.

Ναζαρὲθ, vel Ναζαρὲτ ἡ, Luc. 1.26. Actor. 10.38. Matth 2.23. nomen urbis in Galilæa ἄκλιτον. Hebræum origine, à nomine נֵצֶר *ſurculus*, *germen*, à radice נָצַר *cuſtodivit*. Surculi egent cuſtodibus, nè à beſtiis, capris, leporibus, aliiſve feris lædantur. Matth. 2.23. Luc. 4. ver. 16. Hinc Ναζαρεῖος ἀπὸ πόλεως, *Nazaræus a um*, Matth. 2. 23. Ναζωραῖος καλεῖσθαι, Nazaræus vocabitur. Hic reſpicit Spiritus ſanctus ad prophetias, ubi *Ieſus Chriſtus* Servator noſter dicitur נֵצֶר *ſurculus*, Iſa. 11. v. 1. צֶמַח *germen*, Jerem. 23. verſ. 3. עַבְדִּי צֶמַח *adducturus ſum Servum meum* GERMEN, Zachar. 3. v. 8. Eodem ſenſu etiam dicitur Ναζωραῖος, Act. 4. 10. & Ναζαρηνὸς *Nazarenus*, Marc. 10. 47.

Ναθὰν ὁ, *Nathan*, nomen prophetæ, qui vixit regnante Davide, 2 Sam. 7. 2. נָתָן הַנָּבִיא *Nathan propheta*. Eſt ipſa radix נָתַן *dedit*. verbum defectivum pe & lamed nun. Sic quoque dictus fuit filius quidam Davidis, de quo Luc. 3. 31.

Ναθαναὴλ ὁ, *Nathanael*, nomen viri ἄκλιτον. Joh. 1. 46. & 21. 2. Hebræum origine, compoſitum ex נָתַן *dedit*, & אֵל Deus. q. d. *Deus dedit*, Num. 1. 8. Græcè Θεόδωρος, à Deo datus.

Naὶν ἡ, *Nain*, nomen urbis ἄκλιτον. Syriacum origine, Luc. 7. 11. נָאִין pl. q. d. *amœni*, ſcil. agri. à ſing. נָאֶה *pulcer*, *elegans*. In fœminino genere נָאוֶה *pulcra*, *decora*. pro quo in libris Latinis legitur *Naim*.

Ναοὺμ ὁ, *Naum*, nomen viri ἄκλιτον, Luc. 3. 25. נָאוּם *dictus*, pahul verbi Kal, à radice נָאַם *dixit*. vel à נֶחוּם *conſolatione erectus*, à radice נחם. in niphal נִחַם conſolationem admiſit. Fuit etiam nomen prophetæ, Nahum. 1. 1. *Nahum*, non *Naum*, ait Druſius. Græci voces in medio non aſpirant. Alia autem eſt ratio aliarum linguarum. Cæterùm nuſpiam nomen hoc proprium in V. T. ſcribitur cum א in medio, ſed ſemper cum ח. Ergo poſterior notatio eſt magis genuina.

Νάρκισσος ὁ, *Narciſſus*, nomen viri, cujus meminit Apoſtolus Rom. 16. 11. Eſt verò νάρκισσος ὁ ἡ, *narciſſus*, nomen herbæ, & deri-

& derivatur à nomine νάρκη ης ἡ, *torpor*; sic dicta, quòd odore suo torporem afflare & afferre soleat, teste Eustathio & Plutarcho. Dictus ergo ita fuit vir ille *Narcissus* vel à simili, vel κατ' ἀποφατσιν.

Ναχὼρ ὁ, *Nachor*, nomen viri qui fuit avus Abrahami Genes. 11. vers. 27. Luc. 3. vers. 34. נָחוֹר forte à radice inusit. נחר, unde נחיריים nares (ut Latinè *Nasus*) Cæteroquin cognationem etiam aliquam habet cum Chald. חרר *liberare*.

Νεάπολις εως ἡ, *Neapolis*, Neapolis Stat. civitas Thraciæ, cujus fit mentio Act. 16. 11. componitur ex νέα *nova*, & πόλις *urbs*. Ejus nominis civitates hâc ætate sunt plurimæ, inter quas, *Neapolis* regni Neapolitani metropolis facilè excellit.

Νεεμὰν ὁ, *Naaman*, nomen principis militiæ apud regem Syriæ, ἄκλιτον, 2 Reg. 5. 1. cujus fit mentio Luc. 4. 27. Hebr. נַעֲמָן, à radice נָעַם *amœnus fuit*. Nun in fine est litera heemantica.

Νέρων ωνος ὁ, *Nero*, nomen Cæsaris Romani, crudelissimi Ecclesiæ persecutoris. 2 Tim. 4. in fine. Vide infrà Τιβέριος. Est verò nomen hoc Sabinum, quo significatur *virtus* seu *robur*.

Νεφθαλεὶμ ὁ, *Naphtalim*; Sextus Jacobi patriarchæ filius ex *Bilha* ancilla Rachelis. Gen. 30. 8. Nomen est ἄκλιτον. Hebraicè נַפְתָּלִי à radice פָּתַל in niphal נִפְתַּל *luctari*, contorqueri, intorqueri, ut fit luctando, q. d. filius *luctæ meæ*. Dixit enim Rachel, *Maximis luctationibus luctata fum cum sorore mea* Lea, *& prævalui*. Deinde per metonym. efficientis ponitur pro tribu seu posteris: itémque pro regione quæ illi tribui sortitò obtigit: per metonym. subjecti, Matth. 4: 15. Apoc. 7. 6.

Νικὸς ὁ, *Neri*, nomen viri, ἄκλιτον, Luc. 3. 27. nomen origine Hebræum נֵר *lucerna*, à radice נוּר, quæ vox Chaldaicè *ignem* significat, Dan. 7. 9. מְנוֹרָה menoráh *candelabrum*. Alii vertunt *novale*, quod Hebraicè dicitur נִיר *nir*, Pro. 13. 23. à radice נוּר in hiphil הֵנִיר *novellavit*, agrũ iteravit, seu de novo aravit. Sed prius etymon præfero. In Vet. Test. nomen hujus viri legitur 1 Chron. 9. 36. fuit avus Saulis primi regis populi Israelitici, 1 Chron. 1. 33.

Νηρεὺς ὁ, *Nereus*, Nomen viri, Rõ. 16. 15. à Græca voce νηρὸς *humilis*, Hesychio interprete.

Νίγερ ὁ, *Niger*; cognomen est Latinum prophetæ cujusdam, Actor. 13. 1.

Νικάνωρ ορος ὁ, *Nicanor*, Act. 6. v. 5. Nomen viri, Ecclesiæ diaconi, origine Græcum, & compositum ex νίκη ης ἡ, vel νῖκος εος τὸ *victoria*, & ἀνὴρ *vir*, q. d. vir victoriæ. h. e. *victoriosus*. Dicitur etiam Νικάτωρ ορος ὁ, *Nicator*, hoc est, victor, pro Νικητὴς, Doricè à νικάω.

Νικόδημος ου ὁ, *Nicodemus*, nomen Pharisæi, Judæorum principis Johan. 3. 1. videtur compositum ex νίκη *victoria*, & δῆμος *populus*,

populus, q.d. victor populi, & sic idem significat quod Νικόλαος. Sunt tamen qui viri Hebræi nomen malunt ex Hebræa lingua derivare. videl. ex נָקִי *innocens*, & דָּם *sanguis*. נָקִי est ex radice נָקָה *innocens*, *purus*, *insons fuit*, & דָּם. Et hoc videtur quibusdam per aphæresin dictum ab אָדֹם *rubuit*. Est enim sanguis rubicundi coloris.

Νικόλαος ου ὁ, vel Atticè Νικόλεως ω ὁ, *Nicolaus*, nomen viri, Ecclesiæ diaconi, Actor. 6. ver. 5. compositum ex νῖκος τὸ, *victoria*, & λαὸς *populus*, quasi diceres, victor seu domitor vulgi. Hinc Νικολαΐτης ου ὁ, *Nicolaita*, Apocal. 2. ver. 6. assecla Nicolai hæresiarchæ, promiscuam libidinem probantis. de quo legatur Eusebius hist. Ecclesiast. lib. 3. c. 26.

Νικόπολις εως ἡ, *Nicopolis*, q.d. victoriæ urbs, vel civitas victrix. Est nomen urbis in Thracia, compositum ex νίκη ης ἡ, vel νῖκος τὸ, *victoria*, & πόλις εως ἡ, *urbs*, Tit. 3. 12.

Νινευὶ ἡ, *Nineve*, nomen ἄκλιτον urbis, quæ fuit Assyriæ metropolis, Gen. 10. 12. & 2 Regum 19. 36. quæ, ut Suidas putat, deinde dicta fuit *Babylon* à Semiramide reginâ Assyriorum. Hebr. נִינְוֵה à נָוָה *habitavit*, q.d. habitaculum. vel sic dicta fuit à *Nino* conditore, Beli filio. Hebr. נִין *filius*. Job. 18. 19. Augustinus lib. 15, civit. Dei. Hinc Ptolem. in descriptione Assyriæ urbem hanc vocat *Ninum*. Vulgò exponitur *speciosa habitatio*. à יָאָה *pulcer*. Avenarius vertit *locum decorum*, amœnum. Jonæ 1. vocatur *urbs Dei* (per Hebraismum,) hoc est, *urbs maxima*. Luc. 11. 32. *Drusio* videtur *Nineve* ita dicta à nomine compositio, ex נִין *Nino* & נָוָה *habitaculum*. Νινευίτης ου ὁ, *Ninevita*, urbis incola. in nom. plur. Νινευῖται οἱ, *Ninivitæ*. Matth. 22. ver. 41.

Νυμφᾶς ᾶ ὁ, *Nymphas*, nomen viri. Coloss. 4. 15. q.d. *sponsus*, à Græca voce Νύμφη ης ἡ, *sponsa*, *nova nupta*. & hoc ex νέον & φαίνεσθαι, ut notat Eustathius.

Νῶε ὁ, *Noachus*, nomen ἄκλιτον. Hebræum origine. נוֹחַ nóach *requiescere*, quod est makor Kal. à radice נוּחַ *requiescere*. in hiphil הֵנִיחַ *fecit quiescere*. נַחַת náchath *quies*, unde est Germanorum **nacht**. nox enim divinitus quieti est destinata. Sic dictus fuit *Noachus* à patre, quæ notatio est ab effecto. Vide Genes. 5. vers. 29. זֶה יְנַחֲמֵנוּ *hic consolabitur nos*, per synecdoc. gen. hoc est, *præstabit quietem* ab istis gigantibus & tyrannis, à quibus prima mundi ætas vexata fuit. item à laboribus seu miserabili omnium rerum in hoc mundo vanitate. scilicet (confer Apoc. 14. 13.) à peccatis & pœnis, quæ illa consequi solent. ubi tamen verbum, quo redditur nominis ratio, ipsi nomini non est conjugatum. conjugarum foret יְנַחֲמֵנוּ *jeuichenu*, dabit quietem. Videtur hic Lamechus putasse,

taſſe, quaſi Noachus futurus eſſet filiorum Dei conſolator. Sed hic fuit Jeſus Chriſtus, ſuo tempore in carnem miſſus.

Ὀζίας ου ὁ, *Ozias*, filius Amaziæ regis Judæ, 2 Chro. 26. 1. Hebr. עֻזִּיָּהוּ, hoc eſt, *robur Domini*: vox compoſita ex nomine עֻז *robur*; in compoſitione *cholem* reſolvitur pro more in *kybbutz*, à radice עזז *roboravit*, & nomine Dei יהוה, pro quo ſcribitur in compoſitione יהו. Eſt verò יהוּ uti quidam volunt, contractum ex יהוה, & hoc eſt a radice הוה *fuit*. Vide in nominibus propriis, Θεός.

Ὄλυμπᾶς ᾶ ὁ, *Olympas*, hoc eſt cœleſtis. Rom. 16. v. 15. Nomen viri, a monte altiſſimo. ὄλυμπος ου. *olympus*; dictus, quaſi ὅλος λαμπρός, hoc eſt, *totus fulgens, ſplendens*, cujus faſtigium nunquam nubibus obſcurari perhibent, unde factum, ut per metaph. pro cœlo ponatur.

Ὀνήσιμος ου ὁ, *Oneſimus*, nomen viri fidelis, Col. 4. 9. Philem. 10. Eſt verò hoc nomen origine Græcum, & derivatur a verbo ὄνημι, *juvo, proſum*. Fut. ὀνήσω. aor. 1. ὤνησα. ὄνησις εως ἡ, *utilitas*. Hinc derivatur ὀνήσιμος *utilis*, qui nos juvare poteſt. quâ voce utitur Sophocles. Sic a χρῆσις dicitur χρήσιμος.

Οὐρίας ου ὁ, *Urias*. nomen viri, Matt. 1. 6. Hebr. אוּרִיָּה 2 Sam. 11. 12 *lux Domini*; ex אוֹר *lux*, & יהוה *Dominus*: vel ex Chald. אוּר *ignis*, Iſa. 50. 11. unde eſt Latinorum *uro*.

Οὐρβανὸς οῦ ὁ, *Urbanus*, nomen viri Latinum, Rom. 16. 9. dicitur ab urbe. Urbs verò ab antiquo *urbum*, hoc eſt curvatura aratri, affine Græco ἔρυθρος pro ἄροτρος. Solebant enim olim aratro urbis ædificandæ ſpatium circumſcribere.

Πατταναῖος α ὁ, *Patatiana*, 1 Tim. 6. 21. ſub finem illius Epiſtolæ; nomen regionis, fortaſſis Latinum. q. d. *patata*. unde formârunt πατατία ας, & hinc Adj. πατατανός.

Παμφυλία ας ἡ, *Pamphylia*, provincia Aſiæ, Act. 2. 16. vox Græca, compoſita ex πᾶς *omnis*, & φυλὴ ῆς ἡ *tribus*, q. d. gens ex quâvis tribu conflata.

Πάρθος ου ὁ, *Parthus*, nomen gentis, Act. 2. 9. vox eſt Scythiaca, & fugacem. ſeu exulem ſignificat Affine eſt Hebrææ radici פָּרַד parâdh, *ſeparavit, diviſit*, q. d. diviſus.

Παρμενᾶς ᾶ ὁ, *Parmenas*, nomen diaconi, Actor. 6. v. 5. q. d. *permanens*, a verbo παραμένω *permaneo*. pro quo poëtæ etiam dicunt παρμένω, per ſyncopen. λιαζ. o.

Πάταρα ων τὰ, *Patara*, civitas Lyciæ provinciæ in Aſia, Act. 21. ver. 1. videtur vox compoſita ex πατέω *calco*, ich trette. Πάτος ου ὁ, *callis, ſemita*, ein pfad, & ἀρά ᾶς ἡ, *noxa, damnum*, q. d, *calcatrix noxarum*, hoc eſt noxiorum. Calepinus derivat a Pataro.

Πάτμος ου ὁ, *Patmus*, nomen inſulæ in Ægeo mari, una τῶν σποράδων. Sunt in illo mari plurimæ inſulæ

insulæ admodum exiguæ, quæ Græco nomine dicuntur Σποράδες, Latinè Sporades, hoc est, sparsæ seu dissemi natæ, ex quarum numero est hæc Patmus. Verum ἔτυμον ignoratur. Aliis videtur sic dicta quasi πότμος ὁ, *fatum*. ἄπομος *infelix*, cui fatum est adversum, cui reluctatur, &

Brachia qui contra torrentem extendere frustra
Nititur.

ex quorum conjectura dicitur πάτμος, q. d. *fortunata*. vel à πίομαι *acquiro*, unde est πάτμος per epenthesin τοῦ ταῦ. Sic ἀτμὸς *vapor* est ab ἄω *spiro*. In nominibus propriis accentus discriminis causâ solet retrahi, q. d. *acquisitio*.

Πατρόβας ὁ, *Patrobas*, nomen viri, Rom. 16. 14. ex πατὴρ *pater*, & βὰς *qui incessit*. Est enim βὰς ῥῆσα ῥᾶ, aorist. 2. particip. activi, a verbo βαίνω *incedo*, *eo*. Ergo Patrobas sit, qui paternis insistit vestigiis. πατὴρ verò dicitur ab Hebræo אב. vide Appellativa.

Παῦλος ὁ, *Paulus*, nomen Apostoli. Latinum origine. Valet verò idem quod *pusillus*. Fuit binominis: nam idem, etiam dictus fuit *Saul*. Hebr. שָׁאוּל Schaul, hoc est, *petitus*, Actor. 2 vers. 10. & 13. ver. 9. a radice שָׁאַל *petivit, rogavit*. Vide supra Κυρᾶς.

Πάφος ἡ, *Paphus*, civitas Cypri, quæ frequenti terræmotu collapsa, nunc tandem ruinarum ostendit vestigia. Actor. 3. 6. affine est hoc nomen verbo. παφλάζω, *æstuo, ebullio, ferveo*, propriéque de maris æstu dicitur per metaphoram. παφλάσματα τὰ, dicuntur *verba insolentia, sesquipedalia*.

Πέτρος ὁ, vide supra Κηφᾶς, Marc. 2. 16. ᾧ ἐπέθηκε Σίμωνι ὄνομα Πέτρον, cui imposuit (Jesus) nomen Petri.

Πέργαμος ἡ, *Pergamus*, clarissima Asiæ civitas, quam Silenus intermeat amnis, ad cujus Ecclesiam, jussu Filii Dei, Johannes Apostolus scriplit, Apoc. 1. 11. & 2. 12.

Πέργη ης ἡ, *Perga*, Pamphiliæ urbs, cujus meminit Plin. lib. 5. c. 27. Strabo lib. 14 Lucas Act. 13. 13. G. sic dicitur q περίγειος *terræ proxima*.

Περσὶς ίδος ἡ, *Persis*, nomen mulieris sanctæ, Paulo Apostolo charissimæ. Rom. 16. 12. à πέρσω ἡ, *vastatio*. πέρθω *vasto, perdo*. Sed Πέρσης ου ὁ, in masculino Πέρσις ιδος ὁ, *Persia*. Hoc verò à פַּרְס, *divisit* unde est Latinorum *pars*, quæ ex divisione originem suam traxit. Dan. 5. 25. & 11. 2. פַּרְסָה *ungula*, q. d. fissura, Lev. 11. 3.

Πιλᾶτος ου ὁ, pro Πίλατος) *Pilatus*, nomen præsidis & judicis Hierosolymitani, a Romano Cæsare constituti, Luc. 2. 1. qui Christum innocentem in gratiam Judæorum condemnavit, Matt. 27. v. 2, 26. Est verò *Pilatus* nomen Latinum, q. d. pilo seu telo armatus. *pilum i*, hoc est, telum, sagitta, jaculum. *pilus i*, verò idem est quod crinis.

Πισιδία ας ἡ, *Pisidia*, nomen regionis in Asia minori. Act. 13. 14. Gr. *picea*, à πίσσα ης ἡ, *pix*.

Πόντος ου ὁ, *Pontus*, lata Asiæ minoris regio ad mare Ponticum, quod ipsum & Euxinum appellatur, sita. Vox est origine Græca, & significat *mare*. Ovidius ἑλληνίζων, ubi scribit, *Omnia pontus erat*. Vide appellativa, Act. 27. 9. 1 Pet. 1. v. 1. Hinc derivatur ποντικὸς ἡ ὁ, *Ponticus*, hoc est, incola Ponti, Actor. 18. v. 2. Et πόπλιος ου ὁ, *Pontius*, prænomen præsidis Romani, Judæis præfecti. Vide paulò antè vocem *Pilatus*, Act. 4. 27. 1 Tim. 6. 13.

Πόπλιος ου ὁ, *Publius*, nomen viri Latinum, q. *publicus*, quod dicitur quasi *populicus*. Est verò πόπλιος, qui populo gratus est. Act. 28. 8.

Πόρκιος ου ὁ, *Porcius*, præses Judææ, cognomento *Festus*, Act. 24. 28. nomen origine Latinum, à *porco*, vel à Græcâ voce πόρκος ου ὁ, *rete piscatorium*. Sic πορκεὺς idem foret quod πανδύκτης ου ὁ, *piscator*.

Πουτίολοι οἱ, *Puteoli orum*, civitas Campaniæ ab aquæ calidæ *putore* sic dicta, ut conjectat Festus. Alii eam sic appellatam putant à *puteorum* multitudine. Hinc Adjectivum *Puteolanus*. Actor. 28. 13.

Πούδης ητος ὁ, *Pudens*, nomen viri Latinum, à verbo *pudet*. Est verò pudens idem quod pudibundus, h. e. verecundus, qui frontem non perfricuit, 2 Tim. 4. 21.

Πρίσκα ας ἡ, *Prisca*, nomen viri, origine Latinum, à nomine *priscus*, quod est ab antiquo *pri*, & hoc ex πρὸ, unde etiam est *pridem*.

Πρίσκιλλα ης ἡ, *Priscilla*, nomen mulieris Latinum, q. d. *prisca*, *antiqua*, Act. 18. 2.

Πρόχορος ου ὁ, *Prochorus*, nomen diaconi: ex πρὸ *ante*, & χορὸς ου ὁ, *chorus*, *chorea*, hoc est, expeditus, paratus, qui in choreâ præit, seu qui chorum ductitat, præsultor, Act. 6. 5.

Πτολεμαὶς ΐδος ἡ, *Ptolemais idis*. civitas Judææ maritima prope montem Carmelum, quæ quondam à quodam Ptolomæo sic dicta fuit. Act. 21. 7. 1 Mac. 5. v. 15. Derivatur à nomine πτόλεμος ου ὁ *bellum*, poëtice pro πολεμος. Sic dicitur poëticè πτόλις pro πόλις. Ptolemais ergo idem valet quod *bellatrix*. vel nomen accepit à Ptolemæo, quod nomen *bellicosum*, seu *bellipotentem* significat. Strabo lib. 16. πτολεμαὶς μεγάλη πόλις, λιμὴν ἄξενον ἀποκλείουσα ὁρμητήριον.

Πύθων ωνος ὁ, *Pytho*. Sic dictus fuit *Apollo*, δαιμόνιον μαντικὸν, παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, quòd responsa daret interrogantibus & petentibus. Qui talem spiritum habebant, dicebantur ἐγγαστρίμυθοι, Actor 16. 16. puella habens spiritum Pythonis, hoc est, Apollinis, dæmonii fatidici.

Ῥαὰβ ὁ, *Rahab*, nomen hospitæ civis Jerichuntis, quæ exploratores Josuæ tecto excepit, Jos. 2. 1. Hebr. רָחָב quæ vox significat *latitudinem*, *amplitudinem*, à radice רָחַב *dilatari*, in hiphel הִרְחִיב *dilatare*.

Ῥαγαῦ ὁ, *Ragau*, nomen ἀλλην

πάτερ viri, filii Pelegi, 1 Chro. 1 25 Hebr. רְעוּ Rehu, à nomine רֵעָה *amicus*, 2 Sam. 15. ver. 37. vel רֵעַ *proximus, amicus*, Prov. 17. 17. *Vau* in fine est affixum. 3. pers. g. m. ex pronom. הוּא. plenius affixum illud exprimitur Gen. 11. 3. Judith. ἐν τοῖς ὁρίοις Ῥαγαῦ· campum significat circa Euphratem & Tigrim, teste Ortelio.

Ῥαμᾶ ἡ, *Rhama*, civitas in tribu Benjamin prope Gibeonem, Jud. 4. 5. & 19. 3. Hebr. רָמָה *Rama*, h. e. excels. Nomen Toar gen. f. à masc. רָם *Ram* celsus, excelsus, à radice רוּם *rum* altum esse, Proverb. 6. ver. 17. רָמוֹת עֵינַיִם oculi elati.

Ῥαχάβ ἡ, nomen mulieris ἀκλίτου. Vide suprà Ῥαάβ.

Ῥαχὴλ ἡ *Rachel*, altera uxor Jacobi, filia Labanis, Gen. 29. 9. רָחֵל *ovis, agna*, Isa. 53. 7. Notatio est à simili. Græci verterunt ὡς ἄμνὸς ut *agnus*.

Ῥεβέκκα ἡ, *Rebecca*, uxor Isaaci, filia Bethuelis, filii Nachoris, Genes. 24. 15. רִבְקָה *Ribkha*, à radice inusitata רבק, unde est מַרְבֵּק *saginarium*. Amos 6. v. 4. בְּעֶגְלֵי מַרְבֵק sicut vituli saginarii, hoc est, saginati, Mal. 4. 2. Ergo Rebecca idem est quod *saginata*, seu *crassa*.

Ῥεμφὰν ὁ, *Remphan*, nomen idoli, Amos 5. 26. Hebraicè dicitur כִּיּוּן *Cijun*, hoc est, *basis*, ex radice כּוּן *stabilire*. Aben Esra docet ex linguâ Arabica & Persica vocem hanc constare, & stellam *Saturni* sic appellari כֵּיוָן. unde Græci pro Caph legentes Resch, dixerunt *revan*, & per epenthesin τῦ μῶ, legerunt Ῥεμφαν, Act. 7. 43.

Ῥήγιον τὸ, *Rhegium*, civitas Siciliæ maritima, viginti millia passuum distans à promontorio Peloro. Sic dicta quòd terræmotu avulsa fuerit ab Italia, cui antea cohærebat. Plin. lib. 3. c. 8. à Græco Themare ῥήσσω *rumpo, frango*, ich zerbreche. pro quo dicitur usitatiùs ῥήγνυμι. *Fut.* ῥήξω. *Præt. act.* ἔῤῥηχα. *pass.* ἔῤῥηγμαι. unde est ῥηγμῖν τὸ τὸ *res fracta*. ἔῤῥηξαι, unde est ῥῆξις *ruptio*. Præt. med. ἔῤῥωγα, unde est ῥωγὴ ἡ, *ruptio, fractio*. quâ voce utitur Hippocrates. Hinc est ῥήγιον, q. d. *fractiuncula, parva ruptura*. Actor. 21. v. 13. Sic ipsa Sicilia, quæ olim cum peninsula florentissima totius mundi, nempe cum Italia, cohæsit, dicta fuit ab antiquo *scilire*, hoc est, dividere.

Ῥησὰ ὁ, *Resa*, nomen viri. Luc. 3. 27. Syriacè רְסָא *Rasa*, à radice רְסַס *aspersit, stillavit*; & contractè, רָס unde est Latinorum *ros*. Resa ergo nomen accepit ab aspersione.

Ῥοβοὰμ ὁ, *Roboam*, filius Solomonis, 1 Reg. 11. 43. Hebræum origine, nomen est רְחַבְעָם Rechabh-ham : compositum ex רָחַב *dilatatus fuit*, & עָם *populus*, notatio κατ' ἀντίφρασιν, ex eventu. At ex parentum voto notatio erat ab effecto. Sperabant enim ipsũ fore *Augustum*.

ſium. Roboam idem eſt quod *Auguſtus*. Mat. 1. 7.

Ῥόδη ης ἡ, *Rhode*, nomen puellæ. Act. 12. 13. ſic dicta à Græco nomine ῥόδον τὸ, *roſa*. vel potiùs à ῥόδον ης ἡ, quæ vox ſignificat *fruticem roſas producentem*. in hac inſula eſt urbs ei cognominis, quam putant ita dictam, quod ῥόδος, h. e. (ῥόδον) *roſa* inventa eſſet, quum jacerentur ejus fundamenta. Sic ampliſſima & potentiſſima *Berna* in Uchtlandia Helvetiorum, ab *urſo* in venatione capto nomen accepiſſe in hiſtoriis legitur.

Ῥόδος ου ἡ, *Rhodus*. Cycladum inſularum nobiliſſima, ſita in mari mediterraneo, olim *Ophiuſa* dicta. Solinus author eſt, nunquam ibi nubibus cœlum ita obduci, quò minùs ſol videri poſſit. Aurum Rhodi pluiſſe ob inſulæ felicitatem, cecinit Pindarus, ubi ſtudia liberalium artium, & inprimis oratoriæ facultatis floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis coloſſus, 70. cubitos altus ſoli dicatus.

Ῥουβὴν ὁ, *Reuben*, nomen viri, Apoc. 7. v. 6. filius Jacobi primogenitus ex Lea. Geneſ. 29. v. 32. Hebr. רְאוּבֵן Reubhen *viſionis filius*, quia Deus, ut loquitur Lea, reſpexit afflictionem meam. רָאוֹ eſt ex radice רָאָה vidit, unde eſt Græcorum ὁράω. & בֵּן *filius*, nomen gen. maſ. à radice בָּנָה *ædificavit*. quòd filius familiam & patrium nomen propagare ſoleat, unde Phocyl.

Μὴ μείνας ἄγαμος, μήπως τέκνωμ' ὄλεσσε.

h. e. *Nè maneas cœlebs, pereat nè tuum nomen avitum.*

Druſius רְאוּבֵן *videte filium*, quaſi dixerit, *Ecce, filium peperi, non filiam; & proinde ſpero me poſthac marito meo fore cariorem.*

Ῥοὺθ ἡ, *Ruth*, uxor Mahalonis, filii Elimélech Bethlehemitæ, Rut 1. 4. Heb רוּת à radice רָתַת gen. m. *tremor*, Hoſeæ 13. verſ. 1. Syrus ſcribit רְעוּת, quod Heb. notat *amicam, ſociam*. Neque rarum eſt elidi ע. uti in *Bel*, &c.

Ῥοῦφος ου ὁ, *Rufus*, Marc. 15. 21. Roman. 16. 13. Nomen viri Latinum.

Ῥωμη ης ἡ, *Roma*; olim metropolis Italiæ bellicoſiſſima, populorum domitrix, imperii ſedes. Nomen hoc origine Græcum eſt, & ſignificat *robur*, à themate ῥώννυμι *in fut.* ῥώσω. *prat.* ἐῤῥωκα. 1. ἐῤῥωσα. Alii à Romulo conditore dictam volunt. Romulus, Græcè Ῥωμυλος, q. Ῥωμαλος *robuſtus*. Act. 19. 20. δεῖ με καὶ Ῥωμὴν ἰδεῖν, oportet me etiam Romam videre. Hinc Ῥωμαῖος αία αῖον, *Romanus a um*. Joh. 11. 48. Actor. 22. 27. Ῥωμαϊκὸς ἡ όν, *idem* Luc. 23. 38. Ῥωμαϊστὶ, *Latinè*, Joh. 19. 20.

Σαβὰ ἡ, nomen regionis. Sabæi dicuntur Arabiæ felicis incolæ, Heb. שְׁבָא. Eſt verò שְׁבָא Syriace, *cepit, captivâ abduxit*, q. d. *domitrix*, 2 Chro. 9. 1. βασίλισσα Σαβὰ ἦλθεν τὸ ἄκουσα Σολομῶντος. Hæc vocatur in N. T. Luc. 11. 31. βασίλισσα νότου regina auſtri, hoc eſt, quæ ve-

nerat

nerat ex plaga Auſtrali. Erat verò Arabia Judæis ſita verſus meridiem.

Σαδὼκ ὁ, *Sadoc*, nomen viri, filii Achitubi ἄνθρωπος, Hebræum origine, 2 Sam. 8. ver. 17. צָדוֹק à radice צָדַק *juſtus fuit*, Matth. 1. 14. Idem ergo eſt quod *juſtus*. Scribitur etiam aliàs Σαδδὼκ, itémque; Σαδδοὺκ, unde dicti fuere Σαδδουκαῖοι *Sadducæi*, qui ita dicti putantur non à juſtitia, ſed à *Sadoco*, quodam hæreſiarcha, qui diſcipulus fuit Antiochi Sochæi. Hi non niſi *pentateuchum* recipiebant, & vocabantur alio nomine קְרָאִים, quod legi ſcriptæ adhærent, aliam quæ ἀγραφος dicitur, rejicientes, inquit Druſius.

Σαλὰ ὁ, *Sala*, Luc. 3. 35. nomen viri ἄνθρωπος. Hebr. שֶׁלַח *Schelach*. fuit filius Arphaxadi, Geneſ. 10. v. 24. Significat verò *miſſile, jaculum, telum*, 2 Chro. 32. v. 4. *enſem ſtrictum*, Joël. 2. v. 8. in plur. num. *propagines*, à radice שָׁלַח *miſit, emiſit*.

Σαλαθιὴλ ὁ, Matth. 1. 12. *Salathiel*, Zorobabelis, ducis Judæ pater, Haggai 1. ver. 1. Hebraicè שְׁאַלְתִּיאֵל Schealti-él, hoc eſt, *rogavi Deum, petivi à Deo*. vox compoſita ex שְׁאַלְתִּי quod eſt 1. perſ. ſing. n. g. com. præter. Kal. à radice שָׁאַל, & אֵל *Deus*, de qua voce vide ſuprà.

Σαλαμὶς ἡ, ὁ, *Salamin*, vel *Salamis*, vel *Salamina*, inſula Cypri in mari Euboico, è regione Athenarum ſita, in qua Paulus & Barnabas Evangelium docuerũt Act. 13. 5. videtur dici, q. ἀμὶς τῦ Σάλα, hoc eſt, *matula Sali*. vel q. μίνθη τῦ Σάλα, hoc eſt, *fœtor maris*. Σάλος ὁ, *ſalum, mare*. unde eſt σαλεύω, *agito, commoveo*, unde quidam interpretantur *fluctuantem, commotam, conquaſſatam*. Sed primum etymon hiſce & aliis videtur anteferendum.

Σαλὴμ ὁ, *Salim*, nomen loci, Johan. 3. ver. 23. Baptizabat autem Johannes ἐγγὺς τῦ Σαλὴμ, prope Salem. Hebraicè dicitur שַׁעַלִים 1 Sam 9. v. 4. ſingulari שָׁעָל *pugillus*. Radix eſt שָׁעַל ſed inuſitata. Unde etiam eſt שׁוּעָל *vulpes*, Nehem. 4. 3. Nomen ergo habet vel à pugillo, vel à vulpe. Hieronymus putat Σαλὴμ idem eſſe quod Σαλήμ, quod ſequitur.

Σαλὴμ ἡ, *Salem*, nomen urbis ἄνθρωπος. Heb. 7. 1. Hebr. שָׁלֵם *pacificus*. vide ſupra Ἱεροσόλυμα.

Σαλμὼν ὁ, *Salmon*, nomen viri ἄνθρωπος, Matth. 1. 4. Syrus ſcribit סלמון *Salmon*. Hebraicè שַׁלְמוֹן *Schalmón*, atavus Davidis, à radice שָׁלַם *compleri, perfici, pacem colere*. unde eſt שַׁלְמִין *retributio*. plural. numerus שַׁלְמוֹנִים *retributiones*. legitur Iſa. 1. v. 23. Dicitur ergo *Salmon*, q. d. vir *retributionis*, hoc eſt, homo gratus, qui beneficia accepta refundit.

Σαλμὼνη ης ἡ, *Salmone*, Cretæ promontorium, eſt ejuſdem cum præcedente originis, Act. 27. v. 7.

vel reddi poteſt Hebr. צַלְמָנֶת, hoc eſt, *umbræ prohibita.*

Σαλώμη ης ἡ, *Salome.* Marc. 16. 1. nomen mulieris, ſignificat *perfecta, integra* Heb. שְׁלֵמָה in maſc. gen. שָׁלֵם *perfectus, incolumis,* à radice שָׁלַם *cõpleri, pacem colere.*

Σαμάρεια ας ἡ, *Samaria,* nomen montis. Hebræum origine שֹׁמְרוֹן Schomerón, à viro שֶׁמֶר. 1 Reg. 16. 24. Luc. 17. 11. à radice שָׁמַר *cuſtodivit*, item eſt etiam *nomen urbis,* quæ deinde regum Iſraëlis ſedes fuit, 2 Reg. 9. 12. itemque *regionis.*

Σαμαρίτης ου ὁ, *Samaritanus,* hoc eſt, incola Samariæ, Johan. 4. 39. πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαριτῶν, multi Samaritanorum crediderunt in eum. Derivatur à voce *Samaria.* Σαμαρῖτις ιτιδος, *Samaritana,* Joh 4. 9.

Σαμοθρᾴκη ης ἡ, *Samothrace,* Act. 16. 11. nomen inſulæ è regione Thraciæ, ſic dicta, quòd eam Samii & Thraces incolerent. unde dicitur *Samius,* itemq; *Thrax.* Vide ſuo loco.

Σάμος ου ἡ, *Samos,* nomen inſulæ, Virgil. 7. Æneid.

Tlwéſciémque Samum quæ nunc Samothracia fertur.

Fuerunt verò duæ Samii, quarum una dicta fuit *Samus,* ſita in mari Ionio. juxta Epheſum: altera *Samothracia* in mari Ægeo. Abundat luto conficiendis fictilibus aptiſſimo: unde eſt illud,

Fama eſt fictilibus cuncta ſe Agathoclea regem,

Atque abacum Samio ſape onuſſe luto.

Videtur quibuſdam dici quaſi ψάμμος, & redditur *arenoſa.* ſed nimis longè petita eſt hæc etymologia. σαμός ου ὁ, Græcè *faſtigium* ſignificat: σαμοὶ οἱ, τὰ ὕψη. Sic ergo dicta fuit inſula, quòd aliis eſſe elatior & eminentior, q. d. *elata,* ſeu *eminens,* quæ circa mare multas haberet crepidines.

Σαμουὴλ ὁ, *Samuel,* nomen prophetæ ἀκλίτως, Actor. 3. v. 24. & 13. 20. Heb. 11. v. 32. qui fuit filius Elcanæ ex Anna uxore altera. Hebr. שְׁמוּאֵל Schemuel, *exauditus à Deo* : ex שָׁמַע & אֵל. litera ע ἐυφωνίας χάριν expuncta. שָׁמַע eſt à radice שָׁמַע audivit, exaudivit, obedivit. 1 Sam. 1. ver. 20. *Et vocavit Chama nomen ejus Schemuel, quia à Domino* תְּאֵרְתִּיהוּ *petivi eum.* ubi hæc verba ſubintelliguntur, *& exaudivit me.* Hinc ergo pia mater entheam ſobolem appellavit *Schemuelem,* hoc eſt, à Deo exauditum, ut quoties nomine hoc ejus aures perſonarẽt, toties animus ad Deo gratias agendas inflammaretur. Alii perperam vertunt *poſitus à Deo.* Nam in Hebræo non eſt *Sin,* ſed *Schin.* de quibus etymologiis judicare rantùm poſſunt, qui Hebraicè ſciunt. Alii putant ita dictum, q. שְׁאוּל מֵאֵל *petitus à Deo.* Græcè θεοπρόπος ου ὁ, qualem etiam Plato in philoſophicis ſuis dialogis cum Cratylo & aliis, introducit philoſophantem.

eſt pahul. מ eſt ex præpoſitione מִן. Nun abſens compenſatur per punctum longum, &c.

Σαμψὼν ὁ, *Samſon*, nomen heros. Vet. T. de quo Judic. 13. 24. Heb. 11. v. 32. Hebræum origine שִׁמְשׁוֹן *Schimſchon*, à nomine שֶׁמֶשׁ *Sol*. Nomina in on ſolent eſſe diminutiva in lingua Hebræa. Schimſchon ergo parvum *ſolem* ſignificabit. Derivatur verò שֶׁמֶשׁ *ſol*, à radice שׁמשׁ, unde eſt Chaldaicum pahel שַׁמֵּשׁ *miniſtravit*, Dan. 7. ver. 10. Nomen ergo habet à ſubminiſtranda luce.

Σαὰλ ὁ, nomen primi regis Iſraëlitarum Ἄλλομαι, 1 Sam. 9. v. 2. Hebr. שָׁאוּל, hoc eſt, *petitus*; quod eſt pahul, à radice שָׁאַל *petivit, poſtulavit*. Sic quoque Paulus Apoſtolus ante converſionem dictus fuit, qui ipſe etiam erat ex tribu Benjamin, Act. 9. 4. Σαὰλ, Σαὰλ, τί με διώκεις; Saul, Saul, quid me perſequeris? *Me*, hoc eſt, Chriſtianos, per meton. ſubjecti. Regulariter etiam ſic flectitur, ὁ Σαοὺλ, Actor. 8. 1. τῷ Σαοὺλ, Act. 11. 20. τὸν Σαοὺλ, Act. 13. ver. 1.

Σάπφειρα ης ἡ, *Sapphira*, nomen mulieris, Ananiæ uxoris, de qua Actor. 5. 1. Dicitur verò Sapphira à gemma ſapphiro. Σάπφειρος ου ὁ, eſt lapis pretioſus, coloris cærulei, aureis punctis collucens, de quo vide Plin. lib. 37. c. 9. oritur ab Hebræa voce סָפַר, in makor piel סִפֵּר ſapper, *enumerare, recenſere, exponere*: unde eſt סַפִּיר *Sapphirus*. Exod. 28. v. 18. Dicitur verò ita *Sapphirus* ab effecto. Sic *Margarita* eſt à Margaro, hoc eſt, unione, ſeu gemma.

Σάρδεις αἱ, *Sardes*, nomen urbis, pl. num. tantùm. Syr. סְרַד *trepidavit, expulit*. At Rabbinicè סָרַד *Sarad* idem valet quod Heb. מָגֵן *clypeus*. Chald. סרד notat *cribrum*. Apoc. 1. 11. εἰς Σάρδεις, Sardes verſus. Apoc. 3. 4. ἐν Σάρδεσι, Sardibus.

Σάρεπτα τὰ, nomen urbis, pl. εἰς Σάρεπτα, *Sareptam*, Luc. 4. verſ. 26. צָרְפַּתָה 1 Reg. 17. v. 9. Tzorpátha, hoc eſt, verſus *Tzorpam*. Eſt ergo צָרְפַּתָה *Tzorpa* nomen urbis Hebrææ, quam Græci pro more mutatis literis corruptè appellârunt τὰ Σάρεπτα. Sept. verò (ut vocant) pro ר ſcribunt δ, & pro פ θ, Σαρεφθὰ 1 Reg. 17. v. 9, 10. Abdiæ v. 20. ἕως Σαρεφθῶν. Derivatur à radice צָרַף *conflavit, purgavit, defecavit*: item per metaphoram, *examinavit*. Hinc צוֹרֵף Tzoréph *aurifaber*. Significat ergo *Sarepta* officinam aurifabri, ubi metalla conflari & explorari ſolent.

Σαρὰχ ὁ, *Saruch*, nomen viri Ἄλλομαι. In vulgata verſione *Sarug*, idque juxta Hebraicam veritatem שְׂרוּג Geneſ. 11. v. 20. hoc eſt, *palmes, ſarculus*, à radice שָׂרַג, unde eſt pyhal שׂרג *implicari, perplexum eſſe*, Lucæ 3. ver. 36.

Σάρων ωνος ὁ, *Saron*, Act. 9. 35. regio campeſtris, paſcuoſiſſima,

vinorumque optimorum feracissima, inter Cæsaream Palestinæ & Taborem montem, lacúmque Genesareth longo tractu ultra Joppen diffusa. 1 Chron. 5. 16 & 27. ver. 29. שָׁרוֹן *Scharón*, à radice שָׁרַר *solvere, emittere.* sicut קָלוֹן *ignominia*, à radice קָלָה *vilescere.* שָׁרוֹן videtur idem significare quod שְׁרִיוֹן *lorica, thorax.* vel derivatur à radice שׁוּר *contemplari*, quòd locus ille fuerit instar paradisi, ubi omnis generis fruges, agros, viridaria, pomaria, vineta, & pecudes contemplari licuerit. יֵין הַשִּׁרוֹנִי *vinum Scharonitic.* quod tam generosum fuisse Rabbini scribunt, ut duabus partibus æquæ fuerit diluendum. Schabbath fol. 77. Nidda fol. 19. Hinc Canticorum 2. 1. Ego sum lilium Scharon חֲבַצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן hoc est præstantissimum. שָׁרוֹנִי *Saronites* seu incola illius regionis.

Σάῤῥα αἡ, *Sara* uxor Abrahami. Sicut ingeminatio literæ ῥὼ in lingua Græca est ἔῤῥωσο, ita in Hebræa χαχόφωνος. Hebraicè שָׂרָה *Sara*, Gen. 17. 15. valet idem quod *domina, princeps* in fœminino genere, à masculino שַׂר princeps, dux, Exod 2 v. 14. *Quis constituit te* (לְאִישׁ שַׂר) *virum principem & judicem super nos?* שָׂרַי primitus dicta fuit. quæ vox est ejusdem radicis cum שׂרה: sed Deus *jod* mutavit in *he*, quâ permutatione tanquam externo signo ei jam vetulæ, effœtæ, viribúsque exhaustæ, imò, naturâ sterili & ad parendum ineptissimæ promittebat semen, & numerosissimam posteritatem. Est enim illud ה ex nomine הָמוֹן quod *multitudinem* significat. Radix est שָׂרַר *princeps fuit, principem egit, principatu functus est.* Prov. 8. ver. 16. Per me (ait æterna Sapientia ὁ λόγος) principes (שָׂרוּ) gerent principatum. *Genitivo* Σάῤῥᾳ 5. Roman. 4. 19. Gen. 2, 20. & 24. 67. *Dat.* τῇ Σάῤῥᾳ, Roman. 9. 9. *Accus.* τὴν Σάῤῥαν, Gen. 23. 19.

Σατὰν ὁ, *Satan*, princeps malorum angelorum. nón en est ἀπλαῶς, origine Hebr. שָׂטָן *adversarius*, ἀντίδικος· à radice שָׂטַן *adversari, odio habere.* Psalm. 71. 13, שָׂטְנֵי נַפְשִׁי adversantes animæ meæ. 2 Cor. 12. 7. ἄγγελος Σατᾶν, *angelus Satanæ.* Græcè tamen usitatiùs juxta Syriacam vocem שָׂטָנָא, ita flectitur ὁ Σατανᾶς, *Satanas*, Luc. 13. v. 16. λυθῆναι ὁ Σατανᾶς, *quam vinxerat Satanas*, hoc est, cujus corpus per annos octodecim à Satana fuerat incurvatum. Genitivo τοῦ Σατανᾶ, Actor. 26. v. 18. ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεὸν, *ex potestate Satanæ ad Deum* homines convertas. Dativo τῷ Σατανᾷ, 1 Corinth. 5. 5. παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ, *tradere Satanæ*, hoc est, excommunicare, communione & cœtu fidelium excludere. Accusativo τὸν Σατανᾶν, Roman. 16. 20. συντρίψει τὸν Σατανᾶν, *conteret Satanam.*

nam. Vocativo Matth. 4. ver. 12. ὕπαγε Σατανᾶ, *Apage te Satana*, **packe dich, troll dich hinweg Sathan.**

Σεβαστός, ή, ὸν, *Augustus a.* cognomen Cæsaris Romani. *Augustus* dicitur ab augendo σεβαστὸς παρὰ τὸ σεβάζεσθαι, à venerando, colendo, q. d. veneratione dignus, venerandus. Actor. 15. 21. uxor Imperatoris dicitur Σεβαστὴ *Augusta.* Actor 27. 1. σεβάζομαι verò est à σέβω *veneror, adoro, colo.* σέβομαι idem. Fut. σεβήσομαι. σεβ]ὸς ή, ὸν, *venerabilis.* ἀσεβὴς ές ὸν, *impius.* Vide appellativa.

Δεύτερος α, ον, *Secundus*, nomen viri Latinum. Actor. 20. 4 Dicitur verò *secundus* quasi sectus à primo, à *secando* vel à *sequendo*, quòd primum sequatur. ponitur pro *prospero* & *felici*: ut *navigatio secunda*, quæ conatui & voto obsequitur. *Res secundæ*, quæ pro desiderio nostro sequuntur, Virgil. Æneid. 10.

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ,
Et servare modum rebus sublata secundis.

Hinc *secundare*, *obsecundare* eâdem ratione & notatione descendunt.

Σελεύκεια ας ἡ, *Seleucia*, civitas in promontorio Syriæ prope Antiochiam sita. Nomen accepit à conditore *Seleuco Nicanore. Joseph.* lib. 18. antiq. Judaic. *Egesip.* lib. 4. cap. 1. quam Paulus peragravit Actor. 13. 4. Alii *conquassatum* interpretantur, quasi σαλευτὴν à σαλεύω *agito, quasso*, quod est à nomine σάλος, *salum, mare.* sed nihil certi hic invenio. Hinc σελευκὶς ίδος ἡ, poculi genus à Seleuco inventum.

Σημεί ὁ, *Semei* Luc. 3. 26. nomen viri ἄλλου. 1 Chronic. 2. ver. 27. cognatum est Syriac. ܫܡܝ *cognominavit.* Hebraic. שָׁמַע *Schammai* à radice שָׁמַם *desolari*, & quum ad animum transfertur *obstupescere.* Isa. 52. ver. 14. quasi dicerès, *consternatus, attonitus*, שְׁמָמָה *res stupenda*, Jerem. 5. ver. 30. *stupor*, Jerem. 8. 21. *desolatio, vastitas*, Psalm. 73. ver. 19. Est ergo שָׁמַם propriè *desolari, vastari.* per metonym. effic. verò *consternari, obstupescere.* Desolatio enim nos in stuporem traducit.

Σέργιος ου ὁ, *Sergius*, Actor. 13. ver. 7. Nomen proconsulis seu proprætoris Paphi, urbe Cypri, cognomento *Pauli*, quem Paulus & Barnabas ad religionem Christianam converterunt. Act. 13. ver. 12. Etymon hujus vocis mihi non liquet. Affine est Hebrææ radici שָׂרַג *Sarag, perplexum esse, implicari, intricari.* unde est שָׂרִיג *Sarig*, quod tamen tantùm in plurali numero legitur, *palmes, surculus, ramus perplexus*, Joel 1. 7.

Σήθ, *Sethus.* Luc. 3. 38. Hebr. שֵׁת *Scheth*, Genes. 4. 25. filius Adami, cujus nominis rationem ipsa Eva explicavit, ubi ait, Gen. 4. 25. *Nam* (שֵׁת) *reposuit mihi Deus semen alterum pro Hebelo.* Significat verò שֵׁת *fundamentum*

mentum, ubi ponitur ædificium in plur. שתורת *fundamenta*, Isa. 19.10. item per metaph. sic dicuntur *nates*, quòd homo sessurus se in eam ponat partem. Isa. 20.4.vel שתר dicitur pro שתר *decus, ornamentum*. Solent enim *Chirik* & *Tzere* persæpe inter se commutari. à radice שתר *posuere*.

Σὴμ ὁ, *Sem*, filius Noachi, Gen. 5.32. Hebraicè שֵׁם *Schemus*, hoc est, nomen. q.d. futurus hic est vir nominis אִישׁ הַשֵּׁם prout Hebræi loquuntur, h.e. vir longè celeberrimus & nobilissimus. Nomen hoc est ἀλλήλων. Lucæ 3. 36.

Σιδὼν ὥνος ἡ, *Sidon*, urbs Phœnicia maritima, in finibus Judææ sita, & sic appellata à filio primogenito *Chanaan*, cujus nomen fuit צִידוֹן *Tzidon*, Gen. 10. 14. qui sic dictus fuit a radice צוד *venari*. Non in fine est heemanticum, & dicitur צַיִד, q.d. *vir venationis*, hoc est, venator Jerem. 16.16. צַיִד *Tzájid* venatio. Gen. 10.9. Σιδώνιος ου ὁ, *Sidonius*, *Sidonis civis seu incola*, Act. 1:.20.

Σίλας α ὁ, *Silas*, nomen viri, Act. 15.22. Fortè Latinum origine à verbo *sileo*, q.d. *taciturnus*, *silens*.

Σιλουανὸς ὁ, *Silvanus*, 2 Cor. 1. ver. 19. nomen viri Latinum à nomine *sylva*, quod per y scribitur, quia deducitur à Græco ὕλη, Dorice ὕλα, ubi spiritus asper pro more mutatur in σίγμα, & ν nu interponitur. Sic Latini à Græco ὠὸν dicunt *ovum*. ab ὄις *ovis*. ab αἰὼν *avum* Spiritus asper Latinè mutatur in σίγμα, ut ὑς *sus*, ἁ *se*. ἅλλομαι salio. ἑπτὰς sal. ἕπτα semi. ἑπτὰ septem. ἕξ sex. ἕρπω serpo. ἕζω ὁδὸς sedeo. ὕδωρ sudor. ἥλιος sol. ὑπὲρ super. ὑπὸ sub. ὑπερήφανος superbus. ὁὸς *suus* pro seus, sicuti dicimus *meus*, sic *tuus* pro teus ex τεὸς & τὸς Doricè pro σὸς *tuus*, per eandem ὑφαίρεσιν.

Σιλωὰμ ὁ, *Siloam* ἀπέσταλται. Johan. 9. v. 7. nomen piscinæ illius Hierosolymitanæ, multis miraculis, quæ Deus per eam edidit, claræ, Johan. 5.4. Fuit sita ad radices montis Sion, perennibus aquis ebullientis, cujus fit mentio Isa. 8.ver. 6. שִׁלֹחַ *Schiloach* dicitur Hebraicè, à radice שָׁלַח *misit, emisit*, quòd Deus hanc scaturiginem ex visceribus terræ emiserit, tanquam singulare donum. שִׁלּוּחַ *Schillúach* propriè significat munus quod alii transmittitur. Mich. 1. vers. 14. & hinc etiam dicitur שֻׁלְחָן mensa, in quam mittuntur cibi, qui Latinè quoque dicuntur *fercula* à ferendo.

Συμεὼν ὁ, *Simeon* ἀκλινὴς. secundus filius Jacobi ex Lea. Genes. 29. ver. 33. Hebr. שִׁמְעוֹן filius audientis, scil. Dei. à radice שָׁמַע *audivit, exaudivit*, qui (ut loquitur Lea) *Dominus audivit me esse exosam, ideo dedit mihi hunc filium*. Deinde alius eodem nomine fuit appellatus, qui CHRISTUM suscepit in ulnas,

ulnas, quum inferretur in templum. Luc. 2. 28. Scribitur etiam per υ Συμεών ὁ, ἀλλότριος. Apoc. 7. 7. ἐκ φυλῆς Συμεών.

Σίμων ωνος ὁ, *Simon*, nomen duorum Apostolorum, quorum unus ab ipso Christo novo nomine ob insignē fidei suæ confessionem dictus fuit Κηφᾶς, h. e. Πέτρος. Mar. 3. 16. Luc. 6. 14. qui aliàs dicebatur *Simon filius Jonæ*: alter appellatus fuit *Simon Cananites*, h. e. ζηλωτής, sicut Lucas exponit. c. 6. v. 13. Vide supra Καναναῖος. *Simon* ab Heb. שָׁמַע *audivit*, q. d. *obediens*. Fuit & alius sic appellatus, qui coactus fuit crucem Christi bajulare, Matth. 27. v. 32. plures, ut *Drusius* rectè observavit, fuêre *Simones*. Simon Petrus, Mat. 10. 2. qui & Simon Bar-jona, & Simon Cananites, Matth. 13. v. 4. Simon leprosus, Matth. 26. v. 6. Simon Cyrenes, Matth. 27. 32. Simon pater Judæ Iscarioth, Joh. 13. 2. Simon Coriarius, Act. 9. 43. Simon Niger, Act. 13. 1. &c.

Σίμων ωνος ὁ, fuit nomen Magi, Actor. 8. v. 9. Hebr. שִׁמְעוֹן *Schimon*, quod nomen etiam legitur 1 Chronic. 4. ver. 20. Derivatur à radice שָׁמַן *impinguari, saginari, pinguem esse*. unde est שֶׁמֶן *oleum, pinguedo*. à pinguedine ergo nomen habuit ille Magus, quem Latinè nominare licet *Crassum*.

Σινᾶ ὁ, *Sina*, nomen montis Arabiæ ἀκλινὲς. Septuag. Interp. Exod 19. scribunt Σινά. Exod. 16. ver. 1. סִינַי *Sinai*. sic dictus ab Hebræa voce סְנֶה *rubus*; à rubi copia, qui mons alio nomine etiam dictus fuit חֹרֵב chorebh Exod. 3. 1. hoc est, *desolatio, siccitas, vastitas*, & per metonym. effecti *æstus*, qui causa est siccitatis, Genes. 31. 40. à radice חָרַב *arsit, in solitudinem redactus fuit*. Gal. 4. 25.

Σιὼν ὁ, *Sion*, nomen montis ἀκλινὲς. צִיּוֹן nomen accepit à siccitate. צִיָּה Hebr. *siccitas*. Isa. 41. 18. צִיּוֹן significat *aridum locum*, Isa. 25. 5. & 32. 2. *Nun* finale est heemanticum.

Σκεύας ὁ ὁ, *Scevas*. Act. 19. 13. nomen pontificis. Videtur is dici à σκεῦος ὁ θ· τὸ *vas*. Et Paulus vocatur σκεῦ· ἐκλογῆς, *vas electionis*, Actor. 9. v. 15. unde est verbum σκευάζω *instruo, paro*, unde alii σκεῦ ἄν interpretantur *peratum*. sed viro Judæo potiùs Hebræum nomen inditum fuisse dixerim à radice שָׁוָה *æquari, adæquari, æqualem esse, prodesse expedire*. in pihel שִׁוָּה *æquare, ponere*. Dictus ergo fuit *Scevas*, q. d. *æquator*.

Σκύθης ου ὁ, *Scytha*, qui est ex Scythia. Σκυθίζω, *Scythas imitor*, item *ebrius sum*, quòd Scythæ poculis dediti essent, dictus à Græca voce σκυθρωπὸς ὁ, *qui tetrico & tristi vultu est*, qui ipse etiam dicitur σκύθρωπ·. Colos. 3. 11.

Σμύρνα ης ἡ, *Smyrna*, nomen urbis. Apoc. 1. 11. nomen origine Græcum, & significat *myrrham*. Thema est μύρον ου τὸ, *unguentum*.

Σόδομα ων τὰ. *Sodoma Sodomæ*, & *Sodoma Sodomorum*. plur. num.

num. nomen urbis. Hebr. סְדֹם *Sedóm.* Videtur Sodomis nomen inditum à *planitie agraria*, quia ante excidium locus fuit longè fertilissimus & amœnissimus. שְׂדִים sunt *campi*, à singul. שָׂדֶה item שְׂדֵמָה *arvum, planities.* Genes. 10. v. 19. Chaldaicè Genes. 14. שְׂדִים sunt *agri, campi.* ἕως Σοδόμων, Sodomam usque. Genes. 23. 12. ἐν Σοδόμοις, Sodomis habitavit. Gen. 19. 24. καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ, & Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem. Hinc οἱ Σόδομοι ων, *Sodomitæ* cives illius urbis, Matth. 10. 15. & 11. 23, 24.

Σολομὼν ῶντος ὁ, *Solomon* filius Davidis, rex omnium quos Sol aspexit, sapientissimus & ditissimus, 2 Sam. 5. 15. Hebraicè שְׁלֹמֹה Schelo-mó *pacificus* vel שְׁלֵמְיָהוּ Schelemjahu. à nomine שָׁלוֹם *pax*, à radice שָׁלַם *pacem coluit.* Idem etiam dictus fuit יְדִידְיָה *dilectus Deo.* ab ipso Deo per Nathanem prophetam, præceptorem suum, 2 Sam. 12. 25. *Jedidjah* compositum ex יָדִיד *dilectus.* Kamets mutatur in scheva sub jod, juxta regulam, *Crescentibus literis decrescunt puncta.* יָהּ in fine est nomen Dei.

Σουσάννα ης ἡ, *Susanna*, Luc. 8. v. 3. nomen fœminæ. Origine Hebræum, à nomine שׁוֹשָׁן *lilium.* 1 Reg. 7. 19. Sic ergo dicitur à simili. affine nomini שֵׁשׁ *byssus.* Est enim lilium candidissimum instar byssi. item שֵׁשׁ *sex*, quòd lilium sex habeat folia, uti annotat Rabbi D. Kimchi.

Σπανία ας ἡ, *Hispania*, regio Europæ amplissima, quæ aliquot complectitur regna. præcipua sunt Arragoniæ, Castiliæ & Lusitaniæ. Nomen est origine Græcum σπάνιος *rarus.* σπανία *rara*, hoc est, *pretiosa.* Rom. 15. 24. aut *rara*, hoc est, sterilis, scilicet ob locorum multorum sterilitatem. Strabone teste lib. 3. multis in locis οἰκοῦνται φαύλως, incommodè habitatur.

Στάχυς υος ὁ, *Stachys*, est nomen viri Rom. 16. 9. Vide appellativa. Nam στάχυς υος ὁ, *spicam* significat. Marc. 2. 23. Notatio rursus est à *simili.*

Στέφανος ου ὁ, *Stephanus*, nomen viri. 1 Corin. 1. 16, & 16. 15, 17. valet idem quod Στέφανος ου ὁ, *Stephanus.* quæ vox Græca est, & *sertum* seu *coronam* significat. à themate στέφω *redimire, coronare.* Fut. στέψω. Præt. act. ἔστεφα. Præt. pass. ἔστεμμαι, unde est στέμμα ατος τὸ, *sertum*, ein Crantz. στεφανόω *corono, diademate cingo, diadema impono.*

Συμεών. Vide supra Σιμεών.

Συντύχη ης ἡ, *Syntyche*, nomen mulieris, origine Græcum. Philip. 4. 2. q. d. *colloquens, congrediens*, à verbo συντυγχάνω. συντυχία ας ἡ, *colloquium, congressus*, compositum ex συν & themate τυγχάνω. in aor. 2. ἔτυχον. præt. med. τέτυχα. unde est nomen τύχη ης ἡ, *fortuna.*

Συρακοῦσαι ῶν αἱ, *Syracusæ.* urbs Siciliæ sub monte Pachinno, Act. 28. 12. compositra vox est ex σύρω

σύρω *traho*, & ἑκών, ἄκουσα, ἄκον, *invitus a um.* ἄκων pro ἀέκων per crasin. à themate ἐκὼν ὁ, ἡ, *voluntarius, spontaneus.* ἑκοντὶ *sponte.* Συρακῶσαι ergo dicuntur quasi *invitos trahentes, vel violenter trahentes.*

Συρία ας ἡ, *Syria.* Galat. 1. 21. ἦλθον εἰς τὰ κλίματα Συρίας, *veni in tractus Syriæ.* Hebraicè vocatur אֲרָם à filio Semi *Aram*, cujus fit mentio. Genes. 10. 22. idem significat quod simplex רָם *excelsus.* à radice רוּם. Hinc etiam est אַרְמוֹן *arx, palatium.* ab altitudine ita dictum. Συρία verò videtur dici παρὰ τὸ σύρειν *ab attrahendo.* Nomen gentile Σύρος ου ὁ, *Syrus.* Hebr. אֲרַמִּי & fœmin. gen. אֲרַמִּיָּה Luc. 4. 27.

Συροφοίνισσα ης ἡ, *Syrophœnissa.* Marc. 7. v. 26. sicut nominatur mulier cula illa Cananæa, cujus fidem Christus tantopere commendat, Matth. 15. 22. scil. quædam Cananæorum reliquiæ remanserant in Phœnicia. vox composita ex Σύρος, de qua vide Συρία. & φοινιξ ικος ὁ, *palma.* Adjectivè ponitur etiam pro *rubro*, aut *purpureo.*

Σύρτις εως ἡ, *Syrtis.* in plural. num. Σύρτεις αι, *Syrtes.* duo sunt sinus in extrema Aphrica versus Ægyptum periculosissimi propter arenosum, vadosum & reciprocum mare. sic dictæ παρὰ τὸ σύρειν à *trahendo*, quòd naves attractas aut mergant aut retinent. Servius rectè asserit ubicunque sunt arenosa loca in mari, ea *Syrtes* vocari. Ergo inprimis pro duobus illis periculosissimis sinibus ponitur per syneced. gen. Actor. 27. 17. εἰς Σύρτιν, in Syrtem.

Συχὰρ ἡ, *Sychar.* Johan. 4. 5. nomen urbis ἀκλινὲς. à radice שָׂכִיר *mercede conduxit.* שָׂכָר *mercenarius*: Ergo *Sichar* dicitur *mercenaria.* vel à סָכַר *concluſit.* unde est שָׂכָר pro סָכָר, ש enim & ס sunt elementa ἰσοδυναμοῦντα καὶ ἀνταλλάσσοντα, *excipulus, locus in quo concluduntur aquæ.* Isa. 19. ver. 10. Rectiùs tamen sentire videantur, qui urbem hanc Συχὰρ temporis successu appellatam esse statuunt, quæ olim Συχὲμ dicebatur.

Συχὲμ. Est nomen *viri.* Gen. 33. ver. 26. & sic scribitur שְׁכֶם item nomen *ubis.* Josuæ 20. 7. Act. 7. ver. 16. q. d. שְׁכֶם *humerus. dorsum.* item *tumulus, agger.* Genes. 33. 26. à radice inusitata שָׁכַם unde est hiphil הִשְׁכִּים *summo manè surgere.* 2 Sam. 15. vers. 2.

Σώπατρος ου ὁ, *Sopater*, nomen viri Græcum, compositum ex σῶς pro σωτὴρ *salvus*, & πατὴρ *pater*, q. d. *salvus pater.* Actor. 20. vers. 4.

Σωσθένης ους ὁ, *Sosthenes*, nomen viri, Rectoris scholæ Judaicæ, quem illi nominârunt Ἀρχισυνάγωγον, hoc est, Synagogæ principem. Compositum ex nomine σῶστρος ὁ, & per crasin σῶς ῶ, ὁ ἡ, pro quo etiam dicitur σωτὴρ *salvus*, *incolumis*, & σθένος τὸ, *robur*, q. d. *salvum robur.* cujus vires adhuc sunt integræ.

tegræ. Actor. 18.17. ubi legimus Σωσθένην, ſcilicet quædam nomina primæ contractorum admittunt nonnunquã flexionẽ primæ ſimplicium. Ne miréris (inquit *Priſcianus*, priſcus ille Grammaticus lib. 6.) ſi apud Latinos legeris, ô Socrate. Nam *Attici* propria nomina primæ declinationis contractorum, ut Σωκράτης, accuſandi & vocandi caſu inſtar nominum primæ declinationis declinant, ὦ Σωκράτη, & Σωκράτη. Hactenus Priſcianus.

Σωσίπατρος ου ὁ, *Soſipater*, nomen ducis 2 Mach. 12.19 item cognatus Pauli. Roman. 16.21. vox cõpoſita ex σῶος *conſervatio*, à σώζω, fut. σώσω, & πατὴρ ὁ ὁ, pater, q. d. *conſervatio patris*. Σωτὴρ *Servator*. σῶτερ υ τὸ, præmiũ quod conſervatori loco gratitudinis offerimus. Thema verò eſt σώ-ος ὁ ὁ, *ſalvus*. vel, ut alii volunt, σάω-ος ὁ, unde eſt σως, & hinc σώζω.

TAβιθὰ ἡ, *Tabitha*. Fuit diſcipula Chriſti, hoc eſt, Chriſtiana Actor. 9. v. 36. Syriacè טְבִיתָא vel טַבִיתָא *caprea*, *dama*. à maſculino טְבִי. Hebraice diceretur צְבִי *caprea*. Deut. 12.22. Sic uxor Jacobi appellata fuit רָחֵל, i. e. *ovis*. uxor Davidis עֶגְלָה *vitula*. 2 Sam. 3. v. 5. Græcè δορκὰς ἄδος ἡ, *caprea*. à δόρξ δορκὸς ὁ, *capra ſylveſtris*, *dama* thema eſt δέρκω *video*. ſic appellata, quòd illa animantia ſint ὀξυδερκῶς, hoc eſt, acuto viſu prædita. Vide ſupra Δορκάς.

Ταρσὸς ὁ ἡ, *Tarſus*, metropolis Ciliciæ maritima, Apoſtoli Pauli patria, Act. 9. 11. ſic dicta à conditore תַּרְשִׁישׁ, qui fuit filius Javanis, nepotis Noachi ex Japheto, Gen. 10. v. 1, 2, 4. Notatio ergo eſt ab efficiente. Deinde pars Oceani quæ urbem hanc alluit, etiam dicta fuit *Tarſus*, 1 Reg. 22. 49. Pſal 72. 10. quòd urbs hæc eſſet emporium maritimum, & portus maris mediterranei celeberrimus, unde in omnes mundi partes quaquaverſum navigare ſolebant mercatores. Cum urbe hac hodie comparare licet *Amſtelodamum*, *Venetias*, *Dantiſcum*. Dantiſcum eſt portus maris Balthici celeberrimus. Amſtelodamum Oceani Belgici. Venetiæ maris mediterranei. תַּרְשִׁישׁ *Taſchiſch* verò eſt vox compoſita ex תור *explorare*, unde eſt תָּר *negociator*, *mercator*, qui terras varias ſolet explorare, 1 Reg. 10. 15 & שִׁישׁ *Schaiſiſch* contractè שֵׁשׁ Scheſch *marmor*, 1 Chronic. 29. verſ. 2. Tarſus ergo ſic dictus fuit ab explorando marmore, quæ notatio eſt ab objecto. Nominatur etiam תַּרְשִׁישׁ gemma quædam, quam vulgus *Turcicum* etiã *Turcetis* vocant, interpres verò noſtri *beryllum thalaſſium*, idque à colore cæruleo, quo refert colorem Oceani. Qui vertunt *contemplationem gaudii*, non attendunt שׂוּשׂ *gaudere* ſcribi per *Sin*, non per *Schin*. In Novo Teſtamento legitur Actor. 9.30. & 11.25. & 22.3. Hinc Ταρσεὺς ὁ

ὁ, *Tarſenſis.* Actor. 9. ver. 11. & 21. 39.

Τέρτιος ου ὁ, *Tertius*, nomen viri Latinum, à nomine *tres*, quod eſt à Græco τρεῖς. Germani dicunt דריטה. Rom. 16. 22. notatio eſt ab adjuncto ordine.

Τέρτυλλος ου ὁ, *Tertullus*, nomen oratoris cujuſdam ſeu rabulæ forenſis, accuſantis Paulum, Act. 24. 1. Notatio hujus vocis non liquet: poſſet videri compoſita ex τέρω pro τείρω *attero*, & ὐλλος ὁ, *callus*.

Τιβέριος ου ὁ, *Tiberius*. Luc. 3. verſ. 1. nomen Cæſaris Romani. Sicut Nero quoque appellatus fuit, qui ob ebrioſitatem caſtrenſi joco dictus fuit *Mero Biberius*, pro *Nero Tiberius*. *Tiberius* verò dictus à fluvio Tibere, quòd juxta Tiberim natus eſſet. quæ notatio eſt à ſubjecto loco. *Tiberis*, *vel Tibridis*, fluvius eſt *Italiæ* ex medio Apennino profluens, duobus & quadraginta fluviis auctus, tandem duobus oſtiis in mare revertitur. à Nonno in Johan. 13. v. 4, 5. *vox Romana* vocatur Θυμβρεὺς αὐδή. Ait enim Αἴννω (quâ voce Evangeliſta utitur) eſſe vocem Romanam ſeu Latinam. *Tiberis* à Græcis Θύμβρις appellatur, non poëtis tantum, ſed etiam πεζογράφοις, ut Herodiano aliiſque. olim *Albula* dictus. Alii à Tiberino Albanorum rege in trajectu ejus ſubmerſo originem hujus nominis arceſſunt. Alii aliunde.

Τιβεριὰς άδος ὁ, ἡ, *Tiberias adis*, urbs Galilææ ad lacum Geneſareth ſita, quod ab ipſa civitate vocatur quoque mare Tiberiadis, Johan. 6 1. Hanc civitatem olim *Cenereth* כִּנֶּרֶת appellatam, Herodes Tetrarcha in honorem Cæſaris Tiberii condidit, & Tiberiadem nominavit, teſte Joſepho lib. 18. antiq Jud. & Egeſippo lib. 2. c. 3 Radix כנר mon eſt uſitata. ortum hinc eſt vocabulum Latinum *canere*, כִּנּוֹר *cinnor*, ſignificat inſtrumentum muſicum. Fr. Jun. vertit *citharam*. Et hinc fortaſſis anti. qua illa *Cenereth* nomen habuit. Plura de hac urbe vide in *Maſoretico Comment.* D. Buxtorfii cap. 4.

Τιμαῖος ου ὁ, *Timæus*. Marc. 10. 46. pater Bartimæi cœci. בַּר eſt vox Syriaca, & ſignificat filium. Τιμαῖος verò טִימַי Syriacè ſcribitur à radice טְמָא *pollutus fuit*. unde videtur ortum *contamino*.

Τιμόθεος ου ὁ, *Timotheus*, Pauli Apoſtoli comes & σωεργὸς fideliſſimus, piis & Chriſtianis natus parentibus, qui eum Τιμόθεον in baptiſmo nominârunt, ut quoties audiret nomen, de fine vitæ ſuæ, tam ipſi parentes, quàm filius admoneretur. Eſt verò nomen hoc Græcum compoſitum ex τιμάω *honoro*, & Θεὸς *Deus*, q.d. *cultor Dei*, vel *honorans Deum*. Act. 16. 1. Rom. 16. 21. Τιμόθεος ὁ σωεργός μου, Timotheus adjutor meus.

Τίμων ωνος ὁ, *Timon*, nomen diaconi cujuſdam Actor. 6. ver. 5. ſic dictus ἀπὸ τοῦ τιμᾶν *ab honorando*. τιμάω verò derivatur à τιμὴ ῆς ἡ, *honor*, *pretium*: & hæc

hæc vox verbalis est, à præterito passivo τέτιμαι, quod est a themate τίω *honoro*. item *ulciscor, vindico*. item *solvo*. Vide appellativa.

Τίτος ὁ, *Titus*. Episcopus insulæ Cretæ. Tit. 1. v. 4. Est verò vox Græca τίτος, & *columbam* significat, sicut τίτυς *pullum, aviculam*. Legitur ἰλιαδ. γ. ἄπτος *inglorius*. compositum ex α & πτὸς *honoratus*. Ergo Titus aut à *columba* accepit nomen, ut Jonas Hebræus: aut dicitur quasi πτὸς *honoratus*, à verbo πω *magni æstimo, in pretio habeo, honoro*: quam posteriorem notationem præfero.

Τραχωνῖτις ιδος ἡ, *Trachonitis* Syriæ regio, quæ & Ituræa dicta fuit, juxta desertum Arabiæ, cui præerat Philippus frater Herodis, Luc. 3. 1. Derivatur a Græca voce τραχὺς εῖα ὺ, *locus asper & salebrosus*. Thema est τραχὺς ὑος ὁ, in fœm. gen. τραχεῖα εἶας. in neut. g. τραχὺς ὑος. *asper a um*.

Τρεῖς ταβέρναι ῶν αἱ, nomen loci aut oppiduli, aut pagi in Latio, de quo Act. 28. 15. Sine dubio nomen accepit ab usu, quòd ibi essent tabernæ vinariæ, ubi hospites sessi & sitibundi sese reficerent. Sic in Nassovia oppidum est, cui nomen Tripago, **Drudorf**, *Taberna* verò derivatur à tabula, quòd ex tabulis & asseribus fieri soleret taberna diversoria **ein wirthshauß**. taberna vinaria, in qua vinum venditur.

Τερφῶσα ῶσης ἡ, *Tryphosa*, nomen mulieris. Roman. 16. 12. videtur sic dicta ex τερ, quod in compositione significat *ter*, & φῶσα quod ex part. præs. act. à verbo φάω *lucco*, q. d. *ter lucens*. participium φάων φάουσα φάον, *lucens*. φάουσα legitur apud *Aratum*: sicut verò pro βοάουσα dicimus βοῶσα, ita etiam pro φάουσα φῶσα· quamvis haud ignorem aliam esse rationem illorum bisyllaborum. Non enim sicut dicimus πιῶ ex πιέω, ita etiam πῶ ex πλέω, vel πῶ ex πνέω. πνέω, πλέω tantùm sunt usitata.

Τρόφιμος ὁ, *Trophimus*. Act. 20. ver. 4. vir Ephesius. Τρόφιμος ὁ, *alter* qui alit. item *alumnus*. Τρόφιμη ης ἡ, *mater familias, hera*. a Τρὸς ῦ ὁ, *nutritor, alter*, quod est a præterito medio τέτροφα, & hoc ob aorist. 2. act. ἔτραφον, & hoc ab imperf. ἔτρεφον, & hoc a themate τρέφω *nutrio, alo*. Fut. θρέψω. Vide appellativa.

